BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
7 M
46

14-7H-46

A

EXPOSITIO
Prologi Auerrois
Superlibro Poſteriorum.

Scipionis Florilli Medici, ac Philoſophi Neapolitani.

Simulquè modernorum Opiniones notantur.

Cum licentia, & Priuilegio.

Bibliothecę S. Marię Transpontinę



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI

Apud Ioſephum Cachium Aquilanum.

M. D. LXXIIII.

EXCELLENTISSIMO IO.
Antonio Piſano Medicæ Ar. Profeſſori Preclariſſimo, ac Prothomedico uigilantiſſimo.
Scipio Florillus S:

MVlta ſunt in hac uita Piſane, quæ ad ueram laudem & Gloriam faciunt, artes inquam & ſcientiæ: Sed Artium omnium, atq; ſciētiarum fundamentum, ea una eſt, quam legicen Græci non abs re appellarunt; Quid enim hac ad inueſtigationem ueri & falſi efficacius? quid ad in eundam uitæ humanæ rationem aptius? quid ad intelligenda naturæ arcana commodius? qnid ad cognitionem præpotentis Dei admirabilius? quid deniq; ad ſcientiarum omnium orbem illum, ut leuiſsimè dicam, intuendum maius, aut melius? Quam ob rem in eam ſum opinionem adductus, ut exiſtimem, logicam, non ab hominibus excogitatam, ſed à Deo optimo maximo. Inuenctam, ab Ariſtotele artium omnium liberalium Magiſtro abſolutam eſſe; quot autem in Ariſtotile, ob-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſcuritatem obſeruarunt, non damnarunt ueteres: Res enim per ſe obſcura eſt, cuius difficultati ſplendorem non eſſe ablatum negamus; diuinam ergò Ariſtotilis ſapientiam admiramur, eos ſummoperè laudando, qui in Ariſtotile enarrando potiſsimùm eius mentem attingere: Inter quos unum Auerroem eius fidiſsimum interpretem delegi: Qua in re inprudentiæ pœnam non metuo ut laudē etiam à recto conſilio expectem; Arabs eſt, fateor, quin etiam politiarum literarum omninò expertē fuiſſe, concedo, ſed alterum patriæ, alterum temporum uitium fuit: atq; ego non magnopere literarū limina requiro, ubi utilitatem ſumma ſententiarū grauitate coniunctam uideo, idq; cum ex multis locis probari poſsit, tùm uerò ex prologo in poſteriora Analytica Ariſtotelis pateat; uerum in difficultatem non nunquam tanquā in ſcopulum impigit, quid mirandum; ſi in rerum omnium difficultate, atq; caligine uerſatur? non damnandus ob hoc Auerroes, ſed noſtra opera in portum educendus; quod diligenter ſummaq; cum integritate aſſequtū reperies; id quod inter tantos ſuo tantum patrocinio, cui me totum tradidi, fretus; illud in apertū proferre conſtitui. tibi enim dum cauſam meam probauero, omnibus probauero. Vale & me ut ſoles ama.

AD EUNDEM

Excellentiſs. Piſanum.

Quos veſtro facundo fructus collegit ab ore
Flos: modo dat reliquis, ſit cito quiſq; ſatur;
Arboris eximij (quæ tu es) largitur, vt angues
Nec valeant dente dilaniare canes:
Herculea veſtra quæ ſunt nutrita ſub vmbra
Non caper, aut Cancer lædere poma poteſt:
Tali ſub tutela, hoc pandit dona Caniſtro,
Deditus vlla timens ſæua venena cliens.

IO. FRANCISCI LOMBARDI
Neap. de eruditiſs. Scip. Florilli etymis Dodecaſtichon. ad Lectorem.

Si Baculo hoc nixus graderis, ſecurus adibis
Lector, Ariſtotelis penetrabis & abdita ſenſa;
Quæ nec Simplicius clarus; nec Auerrois audax
Explicuit; lucenſq; Themiſtius; ὅ τ' Ἰωάννην,
Qui græcè eſt nomen ſortitus amore laboris,
Interim Alexandrum vt ſileam ſub carmine magnum.
Sit verò id dictum, multorum pace virorum,
Quos ego & amplector, veneror, reuerebor vbiq;.
Quare age, mi Lector, baculum hunc ne deſpice, ſemper
Nam cum Floreſcat viridis, te haud deſeret vnquam,
Quamuis tempus edax, ſimulac carioſa vetuſtas
Conſumant lenta paulatim plurima morte.

EXCELLENTI DOMINO, SCIPIONI
Florillo Philoſopho inſigni, Logico acutiſſimo, ac Medi
co præclariſſimo, ſuoque optimo præceptori,
Oratius Sanſeuerinus Lucanus A. & M. D.
Æternam Felicitatem.

TUM ipſe opus tuum Florille, ac præceptor doctiſſime, poſt multas, cùm meas, tùm ſcolarium preces, ac ſtudioſorum ad edendum hortatus, ſatis hilare tuis in publicis lecturis ſcripſerim: in quo non minus ardua, quã vtilia, & multis ſanè logices ignorata cum abſoluantur problemata; haud veluti cæteri cùm maiores in eis potius appoſuerint ambages, ſed ea (vt ita dicam) clara, ac ne ab aliquo quidem illuſtrata: Quæ inter primos Ariſto. ac Auerro: duces hæc ita expoliuiſti, quòd non modò tironibus facilitate patent, verùm etiam doctis, omni cœnò, ac fuligine detecta, & clara doctrina illuſtrata videntur; Et quæ Antiquorum, ac tùm Recentium, hoc in Auerro: prologo fuere allucinationes, deceptioneſquè lucidiſſimo, apertoque callo nulli abdicto deſcripſiſti; Quod verò multo felicius alijs conſequutus es, Auctoritatum copia, ac Rationum claritate; & veritatis teſtimonio, hæc tua indicat doctrina; Quis igitur malus fuerit homo, aut ſapiens ingratus, quòd tibi nõ debeat de hoc magno omnibus præſtito munere? in quo ſane non nullos logicæ ſtudioſos multis ſubleuas oppreſſos difficultatibus; futuroſquè ad logices docendæ incitas pro

blemata; Unde canos tale quotidie tuum erit parentibus; opus: Dialectica cepheus; Aliorũ ignorantiæ fulgetrum, tuorum què diſcipulorum (epionidis, Et tanta eſt in eo tui animi prudentia, cum tua ſtatuta ſint iura; vt ne dum te adictum conſpicient recentium, ac tum amicorum dictis, ſed præceptoris dogmata ſectans omnes; qui hactenus hanc voluere attingere prouintiam cadere, ac penitus herbas dare cogũtur; Ex quo iure videtur nihil eſſe hoc tuo opere ſcriptum; quod ab Ariſto: & Auer: doſtrina alienum eſſe videatur; cum ſis veritate nixus; & amica ratione ornatus; etiam, atque etiam Vale; tuique nominis ſtudioſum fac me diligas; & veluti tua virtus poſtulat Ames; Vale.

Io. Antonius Vicecomes.

Si tibi veſtes pauper egenus
Dat modo, gemmas, forſan & aurum
Vel erit effrons, ſtultus, & audax,
Vel velit is committere fanus;
Verus amicus, certus, amenus,
Seruus, amator, qui ſine fraude,
Fronte ſerena, corda animumq;
Corporis oſſa, & donat, & offert,
Hac vicecomes mittit ab vrbe,
Vltima vobis munera parua,
Sintq; precatur floride grata.

SCIPIONIS

FLORILLI

MEDICI AC PHILOSOPHI NEAPOLITANI.

EXPOSITIO PROLOGI AVERROIS

In Comentarijs magnis ſuper Libro Poſteriorum.

Simulque Modernorum opiniones notantur.

HOMO animal ſapientiſsimum, & per intellectum ſciens, potentia eſt omnia 3. de anima, & fit ſapiens ad actū potentia reducta. Verum dubium eſt, quomodo eſt potentia ad illud, quod eſt difficile ſcitu, nam dantur ſcibilia, quæ non poſſunt habere ſigna ſenſitiua, neque de illis eſt cognitio, & ſunt quæſita, quæ antiquitus fuerunt inueſtigata, nec adhuc fuere ſoluta, inter alia quæſita non ne eſt circuli quadratura? atq; animæ immortalitas? cœliq́; æternitas? quomodo ergo intellectus valebit indagare hæc difficilia, cum ſit potentia omnia? meritò, vt intellectus hæc aſſequi valeat, compoſuit ſibi regulas veritatis ſempiternæ, cum (inquam) regulæ logices, ſint normæ, quarum ope

bus conſideratis in libro, quæ entia, non ſunt tantum ſubiectum, verũ paſſiones, principia, & partes: vt ex Ariſto. patet 1. poſt. tex. 69. Adeò quòd ars, ſecundum maiorem partem verſatur in obliquo de re ſubiecta, non autem in recto: cum ergo nomen imponatur ad omne, quod extat in libro, & hoc nomen minimè poteſt imponi in libro, niſi ſubiectum primo ſciamus, tanquam fundamentum; Dico ergo ad rationem in oppoſitum, quòd non ſemper ab omni vniuerſaliori, & notiori: at ab illo, ſine quo non ſit aditus ad ſcientiam, ideſt ab vniuerſaliori propinquo, ideſt neceſſario ad incohationem libri, & id eſt ſubiectum, quia omnium baſis. Accedamus ergo ad ſubiectum, quare ſubiectum debet eſſe vnum inter octo prælibanda, circa quod venient abſoluendum. Primo, quare ſubiectum debet præponi inter illa, quæ præſciri debent. Eò magis cum in præfationibus librorum, omnes expoſitores cuiuſcunque ordinis, ancipites, varij, imò contrarij, interdum reperiantur: id quod omnino opponitur rei aſſumendæ; & in limine libri ſtatuendæ? Ad quod ſunt multæ reſponſiones, & Primo reſpondet Ioannes Gannauenſis in libro de bona fortuna, quòd res ſubiecta debet eſſe nota, & ideò reponimus eam in notis: de ſubiecto enim debet ſciri eſſe, quia eſt res habẽs eſſe extra animã, in pñto. Pro cuius opinione, eſt tex. Auerrois primo poſteriorum ſecundo in parafraſi vbi dicit quòd de ſubiecto præcognoſcendum eſt eſſe, & dicit Auuerroes,

ſolutio huius rationis.

Queſtio 1. quare ſubiectũ eſt preponẽdum inter illa quæ debent preſcire.

Et ſi eſt præcognitum vnde eſt, quòd ſiat quæſt. de eius præcognitione

Opinio Gan. de 3. quæſt.

1. confirmatio

ſed præcognoſcere, eſſe inuentum, eſt eſſe extra animam dicitur conſimilatio & 33. 2. poſt. dicitur eſſe conforme

Cõfirmatio 2. ergo bene dicit Ioannes Gannauenſis: hanc eandẽ rem comprobamus, illa res præcognoſcitur, de ſubiecto, quæ eſt de, ſi eſt, ſed hæc eſt vnũ queſitũ quatuor quæſitorum quæ ſunt queſita extra animã, ergo hoc quæſitũ debet eſ

Alucinatio Ioannis. ſe extra aĩam, ſimiliter quãdo eſt ſcitum? Uerũ hæc opinio Ioan. eſt ſuſpecta, cõtra quã arguitur tali pacto, ſi ſu

Prima ratio biectum debet eſſe notũ, quia eſt ens reale ſenſatum, ſequeretur, non dari logicã, neque ſubiectum logices, quia ens rationis, quod de ſe habet eſſe eſſendi, non eſt extra

Secunda ra. animam, ſed eſt in intellectu. Nec ad propopoſitum quia cum tale eſſe ſubiectorũ eſſet ſenſatum non expoſitores al

Tertia ratio. tercarentur. Præterea cum præcognoſcimus ſubiectum obſtractum, hoc eſſe præcognitum eſt ens ſenſatum? ergo falſum eſt dicere, quod omnis res ſubiecta eſt nota, quia

reſponſio ad confirmatio. habet eſſe inuentum: Ad Au. dicitur. non ſequitur eſſe extra animẽ ergo ſenſatũ propter ſcientias rationales ſcientiam de anima de motore et meth. quarũ ſubiecta extra animã habẽt eſſe eſſendi tamẽ nõ ſenſitiuæ nec in predicamẽto ſunt. Succedit poſtmodũ opinio Zim. et Sueſ.

Opinio zima. Reſpondet Zima. in ſuo theoremate 53. in quo quærit, quòd de ſubiectc præcognoſcitur eſſe, & inducit opiniones & ait, quomodo ſubiectnm eſt notum, & reſpondet ſubiectum debere eſſe notum ex ratione ſoli ſubiecto competenti, dum dico ſubiectum; ſubijcio illud, & debeo ſcire ſub-

Confutatio zimaræ opin. iectum eſſe, quòd ſupponitur: Sed hæc reſponſio eſt dubia; & primo, ſi eſſet verum, quòd ſubiectum in gene

re

re eſt per ſe notum,ergo omne ſubiectum debet eſſe notū quia quod per ſe eſt in genere per ſe etiam eſt in ſpecie, vt ſenſibile per ſe competit animali,ergo & per ſe competit, homini,modo aliquod ſubiectum demonſtraeur, vt ignē eſſe Ari. 4.cœli.32. Ac etiam dicit Auer. ſubiectum eſt notum aliquando,aut quia eſt notum aut quia demonſtratur in alia arte 1.poſt.2.ſi ergo eſt acceptum, non eſt notum ratione formali ipſius ſubiecti. Præterea ſi ſubiectum,ideſt eſſe ſuum,debet eſſe notum ratione formali, ergo impoſsibile eſſet,quòd detur aliqua quæſtio ſimplex de ſubiecto,vt dicendo; an Deus ſit,et an homo ſit,in hac demōſtratione nō ne abſoluetur hæc quæſ.ſi eſt res ſubiecta,quomodo ergo præcognoſco eſſe?ſequitur ergo,quòd ſi eſſet notū formaliter,de ſubiecto non daretur quæſt.ſimplex de ſubie.& de re quæ erit ſubiecta in aliquo libro : Venit modo opinio Sueſſani,qui in præfatione phyſi co. hanc rem diſcutiens aſſerit,quare ſubiectum præcognoſcere debeamus,cum nil ſit notius ipſo, & propter hanc principalitatem in cognitione,primo ſubiectum debet eſſe precognitum,& addit,quòd cognitio ſubiecti, non tantum eſt nota,ſed etiam eſt notior omni contento ſub ſubiecto,quàm partes, & prima principia.ſic ergo præmiſſæ ſunt notæ,& ſuperantur à ſubiecto, ergo ſubiectum deberet eſſe magis notum, & ideo hæc prima principia ſuperantur,quia non poſſunt poni in arte, niſi apponantur in ſubiecto,ergo ſubiectum eſt magis notum; Sed vtinam opinio iſta eſſet vera, quia ſi prima principia non quæruntur,omnes ſunt concordes. Ideo arguatur contra

1.ratio contra zimar.

2.ratio cōtra zimaram.

3.ratio contra zimaram.

Opinio Sueſ.

Confutatio Sueſ. opinion.

1.ratio.

tra Sueſſanum, omne ſubiectum, aut eſt per ſe notum, aut ab alia arte acceptum. 1. poſte. 73 ſi ſumitur ſubiectum acceptum, quomodo ipſum comparatum cæteris partibus libri eſt notius, ergo cæteræ partes ſunt concluſæ, ergo oportet confiteri ſubiectum eſſe ignotius, reſpectu partium per ſe notarum. Præterea illud eſt magis notum, cuius cognoſcendi ignoramus initium: ſed principia prima, vt omne totum eſt maius ſua parte, ſunt huiuſmodi, ſubiectũ vero non, ergo ſubiectum eſt ignotius.

2. ratio. Præterea illud eſt magis notum, quòd eſt apud omnem artem notum, ſed prima principia ſunt aſſumpta ab omni arte 1. poſt. 14. modo ſubiectũ logices non eſt abſumptũ ab omni arte, nec ſubiecta artium ab omni arte ponuntur, ſicut ſunt prima principia, & dignitates, ergo ſubiectum eſt ignotius.

3 ratio. Valeat ergo opinio Sueſſani, immo dicit Ariſ. prima principia ſunt nota. Inquãtum terminos cognoſcimus, 1. poſt. 21. Vlterius ſuccedit opinio Antonij Andreæ principis inter ſequelas ſcotiſtarum, ait enim in p. met. quæſt de ſubiecto, quòd ſubiectum debere eſſe notũ, duplici via intelligitur aut à priori, aut à poſteriori, modo dicit iſte ſubiectum eſſe ignotũ, à priori, non à poſteriori, ſic ergo ſubiectum eſt notum ab effectu, & ignotum à priori, vt video eſſe entia mobilia, & ideo non habemus eſſe ignoratum ab effectu, ſcilicet, ſubiectũ eſſe ita ignoratum à cauſa quia ignoro cauſam qua mouentur: Arguatur vero contra ipſum tali pacto, aut demonſtrari ipſum eſſe à priori, eſt quodam neceſſarium per ſe ſubiecto, aut per accidens: ſi per ſe neceſſa-

Opinio Antonij andreæ.

Confutatio opinionis antonij andreæ 1. ratio.

ceſſarium ergo omne ſubiectum debet eſſe huiuſmodi, quòd falſum. Præterea eſt impoſsibile dictum, quòd ſu *2.ratio.*
biectum demonſtretur à priori, cum demõſtratio à priori, ſit propter quid, quæ queæſtio, eſt compoſita, modo quæſtio compoſita, non eſt de ſubiecto, & ſic impoſsibile eſt quòd ſubiectum demonſtretur à priori, vt rationale, ſi comparatur ſubiecto, non dicit quæſitũ propter quid, ſed quid, quòd eſt definitio, ſi vero comparetur paſſioni, ſcilicet riſibili, habet dicere propter quid, & ſic eſt quæſtio compoſita, modo, non à priori ſcilicet compoſita queſtio. neque à poſteriori. ergo ſubiectum *Balduinus*
ſemper eſt notum, & nunquam demonſtratur, hec fuit *queſtio. de re-*
occaſio Balduini, qui volebat quòd principia ſubiecti, *greſſu.*
ſunt propter quid ſubiecti, ſed principia demonſtrantur, ergo propter quid demonſtratur, quòd falſum. Dicimus tamen prima principia quæ eſſentiam ſubiecti componunt duplici pacto comparari, aut reſpectu ſubiecti, & ſic non dicunt propter quid, ſed quid, reſpectu uero paſsionis, dicunt propter quid, & ſic dicimus quòd ſubiectum debet eſſe notum, à poſteriori, per ſe, & à priori, quia impoſsibile eſt demonſtrari à priori, Quòd ſequeretur nũquam à poſteriori cuius opinionem quar *3.ratio*
to Cæli. igne eſſe. Propterea remanet dicere tãtum, qua *Opinio pro*
re de ſubiecto debemus præcognoſcere eſſe, quoniam prin *pria. quare de*
cipia, quæ ſunt notiora ſubiecto non poſſunt conſide- *ſubie. fit pre-*
rari, niſi ſubiectum eſſet ſuppoſitum, & ſic ordine, & *cognitio &*
natura rerum tractandarum in libro ſubiectum debet *non de prin-*
præponi tanquam baſis ſub quo apponuntur principia, *cipiis, et ſic ad*
partes *1.&2. notãd.*

partes, & paſsiones; quomodo ergo dicemus, quòd ſubiectum debet eſſe notum? Dicamus, quodcunque negotium ſit de entibus ſubiecti, tractat de huiuſmodi principijs, & paſsionibus, & partibus, ut in ſubiecto, ut partes ſubiecti. & ut circa ſubiectū & ideo ſubiectū debet eſſe notum, quia de ipſo inueſtigantur principia, & partes atque paſsiones & quia iſta principia, non poſſunt inueſtigari, niſi habito, & ſcito ſubiecto, ideo debet eſſe notum.

Ad tertium notandū circa ſubiectum

Opinio Ioannis Eli. neap.

Sed ſi ſubiectum eſt notum, quare expoſitores omnes dubitant de ſubiecto? Reſpondebat Ioannes Eliſius dicens, quoniam antequam ipſi diſcipuli agrediantur artem, & negotia affecti aliqua (inquam) mala peſte, putantes aliqui eſſe ſubiectum logices grammaticam, aliqui ens, ideo mala conſuetudine currente in ſchola, oportet facere quæſtionem de ſubiecto, ad hoc, vt inueniatur vera veritas;

Cōfutatio opinionis Ioannis Eliſij.

Veruntamen non eſt ratio immediatè abſoluēs de ſubiecto totali ſemper, quia tyrones ſciunt eſſe aliud à rebus auditis. Secundo ſubiectum librorum in arte non quæreretur apud callentes artem, atque prouectos in arte. Tertio, ſi hoc eſſet, vtique expoſitores doctiſsimi concordes eſſent, ideo aliud eſt in cauſa.

2. ratio.

.ratio.

Opinio Ioannis Thomæ zanchæ cuius fuimus auditores.

Alia fuit opinio Zāchæ dicentis, quòd duplex eſt ſubiectum, quodam eſt ſubiectum demonſtrationis, quodam vero artis, vt ens rationis in logica, ſubiectum vero demonſtrationis eſt ſubie. reſpectu predicati, modo nos præcognoſcimus eſſe de ſubiecto, non de omni ſubiecto, ſed tantum de ſubiecto demonſtrationis, ideſt ſubiectum particulare eſt notum, & ſubiectum vniuerſale eſt ignotum,

Cōfutatio zāchæ opinionis

&

et obſcurũ inter expoſitores. Primo hoc eſt contra Au. qui volebat ſubiectum vniuerſale ſemper eſſe notum, &c. ſi demonſtratur, eſt particulare, 2 poſt 33. Secundo, etiã eſt Au. primo poſt. 74. vbi dicit; tria ſunt cognita in arte, vt ſubiectum, principia, & paſsiones, de ſubiecto ſumitur eſſe, in paraphraſi dicit; ſubiectum debet præaccipi, ſiue ſit vniuerſale, ſiue particulare. Tertio, & ſi ſubiectum vniuerſale, quod eſt notius, demonſtratur per ipſum, quanto à fortiori particulare debet demonſtrari? Eſt, & alia opinio Balduini, qui dicit in quæſito, de re ſubiecta logices, demonſtratiua, ait, reſponſio eſt, quòd duplici pacto poſſum dubitare de ſubiecto, aut quòd ego quæro, an ſubiectum eſt, alio modo ſit quæſtio, quod eſt illud ſubiectum, quod debet eſſe notum, & ſic non quærimus eſſe, ſed quærimus, quod eſt illud, quòd debet præaccipi? Primo iſte cecidit in ſcillam, cupiens euitare Caribdim, quare volens aufugere quæſtionem de eſſe, effugit ad quæſtionem de nòmine. Secundo quæro, id, quòd quæris, aut eſt quid: aut eſt propter quid, aut eſſe: dicit, non quid, neque eſſe, nec propter quid, ergo eſt nomen; Sequitur etiam, quòd quinque ſunt quæſtiones, ac falſum eſt quærere nomen, quia eſt fons, & origo omnis noſtræ cognitionis, & difficile aſſumit, & notum quærit, quòd eſt falſiſsimum. Sed poſſet aliquis in fauorem iſtius adducere tex. 2. primi poſte. dicendo, quòd licet ego aſſumo eſſe, quæro nomen particulare, & ſcio nomen vniuerſale. Sed adhuc remanet difficultas, quia hæc nomĩa particularia ſunt nota et nomen vniuerſale etiam eſt notũ: quia

Marginalia: 2. ratio — 3. ratio. — Opinio Balduini. — Confutatio poſitionis Bald. — 2. ratio. — 3. ratio. — Replica in fauorem Baldu. — Confutatio replicæ 1. ratio.

nos ſcimus prædicata eſſentialia eius. & ignoramus ſubiectum, exemplum ſcio nomen hominis duplex, vniuerſale, & particulare, vniuerſale, quia animal, particulare quia homo ſciendo eius prædicata appropriata, & eſſentialia, tamen an ſit ſubiectum queritur in libro, ergo ratio Balduini non poteſt ſtare. Secundo errat, quoniam,

2. ratio. ſi quærimus ſubiectum vniuerſale, & eius eſſe, & nomē quæſitum erit vniuerſale, & non particulare, nam tunc non quæreremus ſubiectum vniuerſale, ſed particulare

3. ratio. quæreretur. Uana eſt reſponſio, quia expoſitores concordes de nominibus ſunt aliter de rebus ſubiectis ſentientes, quia primo phyſicorum primo, non habenda ſolicitudo de nominibus, quia doctrina de nominibus dicitur

An ſubiectū ſemper præcognoſcatur et ſic ad quartum. perditiſſima à Gal 2. de alimentorū facul. cap. 44. An ſemper ſubiectum præcognoſcitur, dicit quædam opinio quæ eſt Braſauolæ ſuper porphirio capite de ſubiecto, reprobans ſcotum tenētem, quòd vniuerſale ſit ſubiectū:

Opinio Braſauolæ. 1 ratio. arguebat ex 2. primi poſt. quòd quilibet artifex debet præcognoſcere ſubiectum, ſed Porphirius non precognoſcit vniuerſale, ergo non ſubiectū, idem dicit Au. primo cæli 2. quod quilibet artifex præcognoſcit ſubiectum in

2. ratio. principio librorum: idem tenet Auer. vt dicit Pauiſius in prologo poſt ca. 10. nā dicit in 2. phy. 3. quòd quilibet artifex, ſemper debet ſubiectum præcognoſcere, & ipſum reprehendit, quia aliquando ſolet dimitti ex Ari. 74. primi poſt. Sed erroneū eſt dicere id voluiſſe Aue. nam Auer. met. 74. primi poſt. aliquādo præcognoſcit, & aliquando dimittit; & licet dimittat, nonne ibi Latini

Pauiſius in Auer

Confutatio

ni, vt Paulus venetus, & alij dicunt, duplex præcognitio altera habitualis, altera actualis, vnde licet aliquãdo dimittatur, præcognoſcere actualiter ſubiectũ, tamẽ cum hoc præcognoſcitur præcognitione habituali, vnde bene ſemper ſubiectũ præcognoſcitur licet, vel per habituale, vel actualem præcognitionem illud accipiatur, et ideo in hoc fuit allucinatus Braſauola, dũ in ſubtilẽ doctorem inuehebatur de ſubie. Porphy: ſimiliter Pauiſius. Aue. non intelligit. Sed dicamus nos, quòd queſtio de ſubie. eſt duplex, vz. ſi eſt, et quia eſt, ſi eſt eſt notũ. tamẽ datur quæſitũ, quia eſt, non reſpectu ſubiecti, ſed reſpectu prædicati, & ſic non dubitamus de ſubiec. ſed de ſubijtione ipſius ſubiecti, ſub prædicato, ſic ergo cum ſubie. ſit illud, de quo debemus accipere, eſſe, ſubiectũ .ſ. eſſe, eſt notũ, ſed quæritur, an ſubijciatur prædicatis in libro contentis, et hoc modo quæritur ab expoſitoribus. Reſtat ergo inueſtigare cũ hoc ſubi. lib. poſt. ſit notũ, Quærimus quia eſt eius, quod habet continere totã artẽ, ſ. prædicata, & partes, & principia contenta in libro, reſpectu tamen prædicatorũ verius de eo quia eſt quæritur, reſpectu vero principiorũ, et partium dicitur potius totum compoſitum. *opinio propria*

Quæſtio de ſubiecto libri Poſteriorum.

I*Ntentio Aue. in iſto prologo, non eſt aliud niſi exponere vera expoſitione octo prælibãda primo occaſionẽ ſumẽs, quia nullus philoſophus adhuc expoſuit vera expoſitione verba Ari. primi. & ſecũdi analytici, qui de demõſtr. inſcribuntur: Sciendũ eſt quòd inſcriptio libri ſolet multifariam imponi, aliquando ab eo quòd in ma-* *Libri inſcriptio multifariã ſumitur.*

ior i parte habet contineri, vt in libr. metheorologicorũ, aliquando ſumitur à parte præcedente, vt metaphy. poſt naturalia, i. ſciẽtia, quæ tractat de ẽte. aliquãdo ſumitur à re ſubiecta totali, vt liber de cælo, i. de vniuerſo, quod cælũ, eſt ibi ſubi. aliquãdo à principaliori, vt in li. de aĩa, Iſtis ſtantibus, quomodo dicemus quòd ſecundi analytici cum abſoluant duo inſtrumenta, ſcilicet, definitionem, & demonſtrationem, dicuntur ambo analytici? & tamẽ voluit Aue. ambos dici de demonſtratione, quia primus eſt notior. etiam quædam demonſtrationes habent induci in 2. poſt. ad quid, & eius partes notificandas, cum demonſtratio ſit in maiori parte in libris analyticis, ideo fuit ſumptum nomen, ab illo, quod in maiori parte, et ab illo etiam gratia cuius, de ſyllogiſmo. Sed quis dicet, quare non dixit, qui libri inſcribuntur de definitione, ſicut

Dubium. *dixit, de demonſtratione? Hoc erat impoſsibile, quia methodus diffinitiua, erat difficilis. Ari præponit in octa*

Solutio. *uo tex. dicẽs ſi alius eſt ſciendi modus poſterius dicetur, cum ergo iſte modus ſciendi erat difficilis, atque erat impoſsibilis inueſtigari niſi primo calleamus demonſtrationem, ideo voluit ab hac inſcriptionẽ ſumere, quia philoſophus per demonſtrationem docet quid ignotum: ideſt definitionẽ & ſic ab illa vt notiori maioris ambitus & neceſſaria ad definit.*

INTENTIO MEA EST EXPONERE SECVNDOS ANALYTICOS, QVI LIBER DE DEMONSTRATIONE INSCRIBITVR.

Agrediẽtes Aue. dicit quæ in limine libri ſunt præli ban

bāda, ideſt octo præcognitiones recenſebimus in mediū, et immediate agreditur, cum demonſtratio componatur, ex duplici parte, ſcilicet ex parte formali, & materiali, cum Ariſt. expedierit vnam partem abſoluentem formam, agreditur partem abſoluentem materiam, ſuper quæ verba occurrit difficultas de ſubiecto libri poſteri. pro quo quæſito eſt ſciendum, duas eſſe opiniones de ſubiecto, alteram ſcilicet Græcorū, & Latinorum, alteram verò Aue. Græci omnes dicunt, quód demonſtratio, vt eſt vnus ſyllogiſmus, ſit ſubiectum in hoc libro, & hanc opinionem ſequntur Latini, vt diuus Thomas, Egidius atque Scotus: Alij, vt ſunt Iuniores occaſionem ſumentes, ex Auer. dictis voluere demonſtrationem eſſe ſubiectum totale libri analyticorū, in libro Priorum, & Poſteriorum, verum in libro Priorum abſoluit partem formalem, iſte vero liber abſoluit partem materialem, & ſic volunt, quòd vnicus ſit liber; ſic ergo in primo poſte. ſubiectum eſſe poteſt pars materialis, ideſt præmiſſæ ipſæ. Eſt opinio domini Hieronymi, quòd in libro poſterior. non tota demonſtratio, ſit ſubiectum, ſed pars ſyllogizabilis in figura, ideſt præmiſſæ ipſæ demonſtrationis, hanc opinionem ipſe habet probare, duplici ratione. Prima ratio in fauorem huius opinionis eſt talis, illud eſt ſubiectum alicuius libri, quod præponitur in prologo & tractatur in tractatu, atque epilogatur in fine, modo in præfatione prioriſtica præponitur demonſtratio, & in fine libri analytici epilogatur, atque tractatur in tractatu, ergo demonſtratio eſt ſubiectum in hoc negotio. Se

Difficultas de ſubiecto libri Poſterior.

Opinio græcorum.

Opinio Iuniorum.

Opin. Baldu. præcipui aueroiſtę & logici validiſsimi

1. ratio

cunda ratio ſumitur ex verbis Auer. in hac intentione
2. ratio vbi dicit, quòd duæ ſunt partes demonſtrationis, modo totum eſt per partium congregationem, ſed tractatur vna tantum pars demonſtrationis, ſcilicet pars materialis, ideſt præmiſſæ ipſæ, ergo non tota demonſtratio: Ter
3 ratio. tio eandem rationem ex Auer. ſumunt, qui proferens hanc ſententiam, ait, ſubiectum in hoc libro, non eſt aliud niſi præmiſſæ veræ, & ſic non tota demonſtratio. Prate
4. ratio. rea dicit Auer. hanc opinionem in 17. com. primi poſt. ait, itaque intentio huius libri, eſt conſiderare omnes ſpecies præmiſſarum demonſtrationis, ſed cognitio præmiſſarum, eſt pars materialis, ergo non tota demonſtratio eſt ſubiectum in hoc libro. Corroboremus nos, & quinta
5. ratio. ratione opinionem huius doctiſsimi viri, ex opinione philoponi, licet difficili modo, qui eſt quaſi huius voti, dicit, quòd demonſtratio habet duas partes, formalem, & ma
Ex phylopono terialem, & dicit de parte materiali, dictum eſt in primo priorum, & de parte formali in primo poſt. hoc ipſe dicit in præfatione primi libri priorum, ergo non tota demonſtratio eſt ſubiectum ſed tantum vna pars, ſiue ſit
Confutatio. forma, ſiue ſit materia; Hæc opinio eſt falſa, licet hucuſque ab aliquo non fuerit cõtradictũ, et in primis eſt vna
Cõfirmatio ex opinionibus Græ. ſ. Philo. Alex. Euſtra ty atq; Ammony. ratio manifeſtiſsima, et primo arguamus ex authoritate Philoponi, qui in libello poſter. ſubſtinet demonſtrationem, pro vna ſpetie completa, hic ſtatui ſubiectum: atq; Alexander in libro priorum, hic de ſyllogiſmo, de ſpetie vero ſua in libro poſte. Euſtratius in præfatione ſecũdi libri poſt. dicit, duo ſunt inſtrumenta perfecte ſciendi,

ſcilicet demonſtratio,& definitio,& dicit demonſtratio. in primo, definitio in ſecundo: Hanc eandem rem ſubſtinet magiſter omnium iſtorum, grauis Ammonius, qui in præfatione Porphirij dicit; quatuor ſunt methodi, ſcilicet demonſtratiua, definitiua, compoſitiua, atque diuiſiua, dicit, de parte demonſtratiua in primo poſteriorum ergo eſt opinio omnium, quod demonſtratio eſt ſubiectum modo ſi Aue. eſſet alterius voti in hoc quæſito, nonne arma cepiſſet, ſicut fecit in alijs quæſitis paruis. Propterea prima ratio ſit hæc, 1. cœli 2. quilibet artifex habet perſcribere ſubie. ſuũ, in principio ſui libri, ergo ibi demonſtratio erit ſubiect. vbi perſcribitur, ideſt definitur, ſed demonſtratio habet tantũ definiri in primo poſt. ergo tantum ibi erit ſubiectum. Secundo probemus nos totã demonſtrationẽ eſſe ſubiectum in 1. poſt. illa ſunt ſubie. de quibus traduntur definitiones, principia, & ſpeties in perfecta ſcientia. ſed demonſtratio in 1. poſt. habet hoc. ſ. perfectam ſcientiam, ſ. quòd de ipſa traduntur principia ſua, definitiones, & ſpeties ſuæ, ergo demonſtratio tota eſt ſubie. in 1. poſt. maior, & minor, eſt ad verbum ipſius Auer. in 1 poſt. com. 100. Sed quis dicet, dico quod hæc ſcientia habet includi in ſyllogiſmo, hoc eſt falſum, quia dicit ibi Auer. & de ſyllogiſmo in 1. priorum, ergo ſcientia perfecta demonſtrationis, eſt diuerſa, à ſcientia ſyllogiſmi, ergo tota demonſtratio eſt ſubiectũ in lib. 1 poſt. Tertio hanc opinionem tenebat Aue. 1. com. 2. poſt. vbi dicit duæ ſunt methodi, ſ. demonſtratio & definitio, ſubdit poſtmodum, & dum in primo abſolui

1. ratio

2. ratio.

Solutio tacite obiectionis.

3. ratio.

uimus demonſtrationem perfectam, ſcilicet tractando, principia ſua, partes, & species ſuas; agredimur modo definitionem, ergo tota demonſtratio eſt sub. in 1 poſt. ſe-
4. ratio. quitur ergo, quòd Aue. non ſit contra Græcos. Eſt alia ratio, ſi liber priorum, et poſt. haberent vnā rem ſubiectā ſequeretur, quod iſti duo libri eſſent neceſſario vniti, quia vnitas ſcientiæ ſumitur ab vnitate ſubie. ſi ergo demonſtra. eſſet ſubie. vnū abſolutū in 1. poſt. et prio. ſequæretur ēt, quòdlibet poſt. eſſet neceſſario poſt librū prior. quòd eſt falſum, & contra Auer. qui dicit, & non eſt aliqua res cogens librum poſteriorum poni poſt librum priorum 1. poſterior. in prologo, niſi ob melius, modo ſi vniuntur ob
5. ratio melius, ergo diuerſa ſemper ſubiecta. Ulterius dicit Au. in prologo, qua cauſa, nos volumus tractare primo de ſyllogiſmo, & poſtea de demonſtratione, dicit, ne fiat repetitio, ergo Aue. vult quòd liber de ſyllogiſmo præponatur libro poſte. ad euitandā repetitionē, ergo non neceſſariò, quia pars ſua. Præterea addit Aue. pulcherrima verba in eodē ordine, & ſit alia ratio (Inquit) nos volumus
6. ratio. librum priorum præponi libro poſteriorum, & topicorū ad euitandam nugationem, in ſermone demonſtrationis, atque topici ſyllogiſmi, ergo vult Auer. quòd nugatio æqualiter tractaretur in libro topicorum, & poſteriorū ergo illa nugatio, quæ cogit librum topicorum; illamet cogit librum poſt. modo ſi hæc pars prioriſtica, eſt pars demonſtrationis, ergo eſt pars libri topicorum, ergo liber poſteriorum eſt diuerſus neceſſario, à libro priorum.
7. ratio. Ultimo arguatur, ibi ſubiectum eſt veré abſolutum ve-

ra ſcientia, in qua habent abſolui omnes partes, ſuæq; paſsiones atque principia ſua; Sed diceret quis, verum eſt hæc omnia abſolui in libro poſteriorum, citra tamen principiũ formale: Veruntamen huic opponitur Aue. primo poſteriorum comen. 103. ait enim ibi, poſtquam Ariſtoteles declarauit partes, ad materialem partem ſpectantes, nunc ad conditiones ſpectantes ad formam demonſtrationis: ergo & principium formale, eſt abſolutum in primo poſteriorum: Dices ibi non tractari ſed eligi. Dico quòd ſic quia abſumuntur, cum illæ omnes figuræ prioriſticæ, non competunt demonſtrationi, nec electæ conditiones circa figuram ſoli demonſtrationi, ſed omnibus ſpeciebus ſyllogiſmi quia genericè modo ibi ſubiectũ eſt demonſtratio, vbi abſoluuntur omnes partes paſsiones, & principia ſua, ſed in libro poſteriorum vt probatum eſt, abſoluuntur omnes partes, paſsiones, & principia ſua; ergo demonſtratio tota eſt ſubiectum, in primo poſteriorum, reſtat modo videre quomodo hæc verba Auer. intelligantur. Aliquorũ reſponſio. Confutatio.

INueſtigando rem ſubiectam primi libri poſteriorũ, rem ſubiectam (inquam) penes rem materialem, & cum ſit digreſsio fienda de parte formali, vt eſt inſtrumentum ſciendi, idcirco rem materialem tractando, induximus opiniones Græcorum, verum fuit inducta opinio Iu niorum, dicentium in primo poſteriorum non tractari de forma, ſed de parte materiali, quæ opinio ortum ducebat ex dictis Auer. dicentis, de altera parte hic tractari, ſcilicet materiali. Ex alio latere probauimus

mus rationibus qualiter, Auer. non fuit diuerſus ab opinione Græcorum. Sed quoniam 71. primi phyſico. & tertio primi de anima, ſermo verus, non tantum habet veritatem indagare, ſed omnia accidentia ſoluere, cum doctiſſimi viri non debilibus medijs probauerint talem opinionem Reſpõdemus ad dicta Balduini, illud eſt ſubiectum, quod præponitur in prologo, & epilogatur in epilogo, ſed præmiſſæ demonſtrationis, ſunt huiuſmodi, ergo quod ſequitur. Dicimus quòd aliquod præponi ſtat bifariam, aut intentiuè, aut tractatiuè, quæro modò à te; quid præponitur pro re ſubiecta in primo priorum dices demonſtratio, non eſt verum, quia in tantum tractamus syllogiſmum, inquantum volumus cognoſcere demonſtrationem, & ſic demonſtratio eſt finis, ratione cuius syllogiſmus eſt declaratus; & ſic demonſtratio intentiue, ibi præponitur, modo ſi demonſtratio eſſet ſubiectum, dixiſſet executiue, ideſt tractatiuè. Præterea ſi demonſtratio eſſet ſubiectum, dixiſſet in epilogo, ſolum dictum eſt de demonſtratione: modo dixit, etiam de ſyllogiſmo, diximus ergo diuerſa voluit eſſe ſubiecta. Erat alia ratio domini hyeronimi, ortum ducens ex verbis Auerrois dicentis, præmiſſas fore ſubiectum in primo poſteriorum, modo præmiſſæ ſunt partes materiales, ergo quod ſequitur.

Reſpon. ad rationes in oppo. ductas.

Aliqud preponi in limi. lib. dupliciter.

Ad p. ratio.

Sol. 2. ratio.

Sciendum ex Auerroe, primo poſteriorum 13. quòd propoſitio, enunciatio, & quæſitum, ſunt idem ſubiecto, ſed differunt ratione, eandem rem

gra-

Græci affirmant in primo proprium dum agunt de præpoſitione, ſed quomodo ſunt idem ſubiecto, & differunt ratione. Sciendum eſt, quò vocatur enunciatio, in quantum homo eſt riſibilis, ly, inquantum, dicit verum, & falſum, eſt præpoſitio, in quantum eſt ſituata, in modo, atque figura, idest vt eſt pars syllogiſmi, quia non poteſt vocari præmiſſa, niſi in quantum habet de modo, & figura: eſt verò interrogatio, inquantum eſt quæſitum, eſt autem concluſio, inquantum eſt ſita, ideſt concluſa, modo pars materialis, ideſt præmiſſæ aut ſunt combinatæ in modo, & in figura, aut non, ſi ſunt extra formam, non ſunt præmiſſæ, dimittens quæ Franciſcus Storella contra communiter aſſumptum induxit, probans omninò realiter differre dum comen. vndecimũ primi Poſterio. exponit: Dices illæ ſunt præmiſſæ ſituatæ, ſi ſunt præmiſſæ ſituatæ: ergo non demonſtratio? Dicimus ergo ex Auerroe, quòd præmiſſæ haud concipi poſſunt, quin ſint in figura, ſed de mente Auerrois ipſæ ſunt ſubiectum, in primo Poſteriorum, & ipſæ ſunt demonſtratio: ergo tota demonſtratio: eſt ſubiectum, in hoc libro. Præterea maior præpoſitio eſt totus ſyllogiſmus, vt videbimus in in tertio textu, ideò dicuntur præmiſſæ eſſe ſubiectum: Sed contra hoc arguo ſic, ex decimoſeptimo comento primo Poſteriorum, Intentio huius libri non eſt aliud niſi tractare, de conditionibus præmiſſarum, modò Auerroes loquitur de conditionibus materialibus,

Notandum

Primo.

Frãciſcus ſterella alexanẽ. philo. accutiſ.

Dubitatio

Solutio confirmans opinionem de ſubiecto.

Secundo.

Dubitatio.

Dicitur quòd licet, omnes conditiones, ſpectantes ad præmiſſas demonſtratiuas conſideret, verum inter conditiones, ſunt formales, & materiales, modo hîc Ariſt. habet abſoluere, non tantum conditiones materiales, illas tractando, & diſcutiendo: verum & formales; & ſic in primo poſteriorum tractatur de forma propria, illam eligens: & aſſumens à libro priorum, ibi vero ſcilicet in primo priorum, de forma communi, ſcilicet ad demonſtrationem, aliasque ſpecies ſyllogiſmi. Erat alia ratio hic liber eſt vnus cum libro priorum de mente Auer. ergo ſi ſunt vnus, hæc vnitas cogit te, fateri in lib. Poſt. & Prio. abſolui res demonſtrationis, ergo vnitas libri ſumitur à re ſubiecta: Dicamus hoc haud verũ eſſe, vnitatẽ libri videlicet ſumi à re ſubiecta: ſumi vero ab intentione vna: & hac de cauſa fuit facta vnitas, ex priorũ poſteriorumq; libro, videlicet re intenta idest, demonſtrationis ratione: Quod confirmat Auer. primo Priorum quinto, dicens, de ſyllogiſmo, propter demonſtrationem; & propterea, vnico nomine, vtrunque librum appellauit: ideo ratione intenta: minime vero neceſsitate rei conſideratæ, vtrunque vno nomine inſignuit: ſic liber priorũ ab analyſi poſterioriſtica analyticus dicitur, non quia ſua talis reſolutio, quia eſſet communis omni ſpeciei; tantum vero ratione demonſtrationis intentæ dicitur analyticus. Alia fuit ratio: Dicit Hieronymus, & eſt Auer. tex. ſcilicet quòd demonſtratio habet duplicem partem, formalem ſcilicet, atq; materialem, & abſoluta formali parte, nunc de parte mate-

Reſponſio

Solutio tertiæ rationis.

Liber poſte. & priorum non unus ratione ſubiecti, ſed ratione intenti & finis.

Solutio quartæ rationis.

materiali, ergo vna tantùm pars, minime demonſtratio tota ſubiectum extat. Dicimus, vbi eſt aliquod attributum, ideſt prædicatum multis competens, & vni intentiuè, & principaliter, dum de illo attributo tacto, illi attribuendus eſt ille labor: vt miles ſeruiens multis, principaliter tantum vni, regi videlicet, ſic ergo ſyllogiſtica forma, hæc enim vniuerſalis forma, competit demonſtratiuo, rectorico, elenco, perſuaſiuo, atque topico, tamen hæc forma, non eſt vnica intentione abſoluta à philoſopho. ſ3. propter iſtos quinque quia dicit ſyllogiſmũ quærimus, quia demõſt. quærimus; & ſic hæc forma aſcribitur demonſt quia propter ipſam eſt applicatus, & ſumptus hic labor, tamẽ forma ſua, omnibus quinque cõpetit, verum quia intentiue ad demonſt. dirigitur, ideo eſt forma ſua, modo in libro priorum tractatur forma ſyllogiſtica demonſtrationis ratione: Præterea, non ne voluit Philoponus de parte materiali in primo priorum, de formali in primo poſteriorum. Verumtamen hoc modo intelligitur, quòd in libro priorum vniuerſalis forma à Phylopono dicta materialis pars demonſtrationis tractatur, ſyllogiſmus videlicet, hic vero tantum pars formalis particularis, & hoc modo Auerroi cõcordat. Sed videndum quare Auer. ſyllogiſmum vocat partẽ formalem, præmiſſas vero, materialem partem. Dictum fuit ab Auer. demonſtrationem duplicẽ ex parte componi, formali ſcilicet atque materiali, cumque ex formali parte ſe expedierit; ad materialem tranſigit, qua enim ratione ſyllogiſmus demonſtrationis pars

Quomodo intelligitur Philopo. quòd de parte materiali dixit tractari in li. priorũ, & de formali in libro Poſte. cũ dicat Au. oppoſito modo

Dubium qua re Auer. partem de ſyllogi. vocat partem formalem, & partẽ de præmiſsis vocat partem materialem.

vocetur vidiſtis., venit modo diſtinguendum, qua cauſa Aue. partem de ſyllogiſmo, vocat partem formalem, & partem de præmiſsis, vocat partem materialem: Cauſa dubitandi eſt. quia genus ſe habet vt materia, modo ſyllogiſmus eſt genus. ergo debet dici materia. Eſt quædam opinio inducta à Modernis dicentibus, fundamentum vniuerſalitatis, ſumi à forma, & qua de cauſa fiunt vniuerſalia, ob conuenientiam in forma, cum ergo ratio vniuerſalitatis ſumatur a forma, ratio vero particularitatis; ſumitur à materia, quia ſi materia nõ eſſet, non fierent alia generata, & ſic nos eſſemus æterni, iſtis ſic ſtantibus; cum ſyllogiſmus, ſit quodam vniuerſale, in quo conueniunt omnes ſyllogiſmi. Dicimus ratione conuenientiæ hunc ſyllogiſmum habere rationem formæ, præmiſſæ verò demonſtratiuæ faciunt demonſtrationem, & præmiſſæ topicæ faciunt ſyllogiſmum topicum; cum ergo fiat diuerſitas per præmiſſas, ſcilicet per materiam, ergo præmiſſæ dicuntur pars ſpecifica, quia per præmiſſas ſyllogizantur; conſtituendo diuerſas ſpecies ſyllogiſmi. Hæc opinio vno medio habet excludi à Domino Hyeronimo, contra quam inuehitur dicens, non dicendum eſt partem genericam, dici partem formalem. quia eſt ratio conuenientiæ, nam differentia ipſa facit differre, & tamen, vt formalis ratio. Uenit Hieronymus & dicit, qua cauſa Auerroes vocauit partem præmiſſarum, partem materialem, & ſyllogimium, formalem: & dicit quòd diffinibi

Opinio Modernorum

Cõfutatio per Balduinum.

Expoſitio Balduini qui primo cœpit elucidare commentaria magna.

ſibilia, ſunt duo, ſcilicet, aut ſubſtantia, aut accidens; ſed dicit quis, contra, nam ſolius ſubſtantiæ eſt definitio, ſeptimo metaphiſicæ ſexto. Dicamus concedendo ſolius ſubſtantiæ eſſe definitionem perfectam, non autem per additamentum, modo ſi ſubſtantia eſt genus, ſic accidens: ſed hæc differentia, quia genus in definitione ſubſtantiæ, vocatur materia, & differentia vocatur forma, in definitione verò accidentis genus tenet locum formæ, differentia verò, tenet locum materiæ, vt riſibilitas definitur per aptitudinem hominis: & innibilitas per equum, iſtis ſtantibus dicit, dum demonſtratio ſit quodam accidens, dicimus demonſtrationis partes, eſſe genus, & differentias, genus loco formæ, & differentiam loco materiæ: genus demonſtrationis eſt ſyllogiſmus, ergo erit forma ſua, præmiſſæ verò ſunt, quæ habent ſpecificare, ergo erunt materia. Quidam moderni doctiſſimi contra hoc dictum inſurrexere, & contra hoc inuenerunt quinque media, inter quos eſt Ioannes Berardinus longus Neapolitanus, ætatis noſtræ philoſophus eminentiſſimus, & meus præceptor obſeruandiſſimus: Primum eſt; hoc volebat Balduinus, quòd accidentis genus habet locum formæ, & differentia, locum materiæ dicunt ſi hoc eſſet verum, ſequeretur quòd logica eſſet metaphiſica, quia tractare de aliquo vt eſt accidens pertinet ad metaph: quæ ſcientia habet contemplare ſpecies rerum & ſpecies entis, ideſt, vt ſunt ſubiecta vel per accidentia.

Solutio.

Cõfutatio per Modernos.

Berardinus longus.

Prima ratio.

Secundo arguunt, quod eſt notificatiuum accidentis, non eſt accidens, ideſt quod eſt inſtrumentum accidentis, non eſt accidens, vt inſtrumentum, corpus eſt cauſa cognoſcendi accidens, & tamen non eſt accidens, modo demonſtratio, eſt inſtrumentum accidentis, ergo non eſt accidens. Tertio arguunt, & dicunt 7. met. 18. quæ sũt diuerſi generis ſunt diuerſæ differentiæ, & non econtra: ſed ſubſtantia, & accidens, differunt genere, ergo differunt differentijs proprijs, ergo accidens dum definitur, non habet definiri per ſubſtantiam, tanquàm loco formæ, & debet habere differentiam eiuſdem generis, mini me vero diuerſi. Quarto arguunt, 12. metaph. 19. dicit Auer. decem prædicamenta ſunt decem entia, & habent diuerſas cauſas, per quas ſunt, ideſt habent ſuas proprias eſſentias, Vnam independentem ab alia, modo accidens eſt diuerſum à ſubſtantia, ergo habent proprias eſſentias, adinuicem non cauſatas, ſed accidens per ſe, definitur per formam, ergo accidentia haud haberēt principia, per quæ ſunt diuerſa, his ergo medijs annullata fuit opinio Iuniorum. Sed quoniam pium eſt ſemper veritatem, in honorem præferre, dicta Hieronymi in hoc poſſunt eſſe probabilia, eſt enim opinio Auer. dicentis: quòd accidentia habent genus loco formæ, & differentiam loco materiæ: hanc veritatem lege ab Auer. 8. met. 6. vbi dicit duo ſunt diffinita, aut diffinitio ſubſtantiam, & genus habet locum materiæ, & differentia, locum formæ: aut diffinitio accidens, & ſic genus eſt loco formæ, differentia vero loco materiæ. Scimus ex ſecundo

Tertia ratio

Quarta ratio

Defenſio opinionis Balduini per Auer.

cundo modo dicendi per ſe, quòd accidentia habet definiri per ſubiectum proprium, vt riſibile per homine m, & hinnibile per equum; ſubiecta modo habent locum forma primo poſteriorum 31. Unde reſpondetur noſtro præceptori; & ad primum dicimus, quód quando dicit, ſi hoc eſſet, ſequeretur, quòd demonſtratio haberet abſolui vt accidens, negatur hoc, tamen demonſtr. conſideratur à logico, nõ vt accidens abſolutè, ſed vt accidens notificans aliud accidens, hoc eſt Au. ex 7. met. 38. Ad ſecundum quòd eſt notificatiuũ accidentis, nõ eſt accidens hoc non eſt verum, quia terræ interpoſitio, non eſt accidens? & tamen notificat eclypſim, ecce quòd accidens notificat accidens, etiam ſi per te notificans accidens, non eſt accidens, ergo media metaphiſicalia notificantia accidentia, non erunt accidentia? Dicamus quòd notificat accidens, non eſt accidens, concedo non eſt accidens illud notificatum, tamen quando ſunt duo accidentia, quorũ vnum eſt cauſa communiter ſumpta alterius ſic vnum notificat reliquum. Ad tertium entia quæ ſunt definita, ſunt diuerſi generis, ergo habent diuerſam differtntiam. Reſpondetur quòd duplex eſt differentia, altera quiditatiua, ideſt quæ eſt in primo modo dicendi per ſe. Altera eſt differentia delatiua, quæ dicitur per additamentum, quam ſolutionem affert Gannauenſis in quæſtione, de ente, & vno, ſcilicet quæ eſt in ſecundo modo dicendi per ſe: differentia, quæ eſt in primo modo, ſemper eſt eiuſdem generis, & ſemper eſt in eodem prædicamento, differentiæ verò in ſecundo modo poſſunt eſ-

Solutio primæ rationis.

Solutio ſecundæ rationis.

Solutio tertiæ rationis.

Io. Gandauen.

ſe diuerſi generis, hoceſt Au. 1. Poſt. 31. dicit prædicata primi modi, vt genus & differentiæ ſemper ſunt eiuſdem dicamenti, eiuſdem generis, prædicata verò ſecundi modi poſſũt eſſe diuerſi gñis, modò quæ hñt idem genus habent differentiã, eiuſdem generis, cõcedo eandem differentiam prædicantem in primò modo dicendi per ſe. Ad vltimã

Solutio quartæ rationis

rõnem, hoc etiã modo poſſumus reſpondere, i. quãdo dicit diuerſa genera, habent diuerſa principia, cõcedò ea, quæ ſunt in primo modo: ſed quia accidentia ſunt diminuta

Dubium

alia differ. indigent ſecundi modi dñdi per ſe. Sed dicet quis cõtra, 2. Phy. cap. de cauſis, forma, finis, et efficiens coincidunt, materia verò, & forma nunquã; mõ per te ponimus materiã loco formæ, ergo materia cohartata

Ioan. Iacobus Pauiſius reſpondet.

coincidit cum forma: Reſpondet Pauiſius & dicit quòd duplex eſt forma, & materia, altera materia eſt realis, altera mentalis, dũ dicta Ar. cantant, materiã non coincidere cũ forma, verum eſt de materia ſenſibili, tamẽ materia immaginaria non prohibet, vt animal non ne eſt ge

Confutatio.

nus, & tamen eſt forma vniuerſalis, & vocatur materia quia genus. Quod in rebus ſenſibilibus, ſit impoſſibile materiam eſſe formam, falſum, nam materia ſenſibilis eſt forma, vt materia hominis, non ne eſt forma, modo forma elementi, hæc forma eſt ne ſemper forma, hæc forma loco formæ ſecundæ venturæ, tenet locum materiæ, forma vegetatiua eſt forma, eſt vero materia reſpectu ſenſitiuæ, ſed illæ formæ ſunt in potentia ad formam, er

vera ſolutio.

go in materia ſenſibili, forma, & materia coincidunt. Dicamus quòd materia non concidit cũ forma, verũ eſt de ma-

ſed materia prima, non autē de materia ſecūda. Hac reſ ponſio eſt Pauli veneti in expoſitione inducti axiomatis. Secundo dicimus quòd ſubſtantia non eſt forma accidentis, ſed eſt locum habens formæ: & quia accidētia ſunt paruæ entitatis, dicimus quòd indigent ipſa ſubſtātia, tanquam baſi, in qua fundantur: tamen quando dicit illud non coincidit cum illo, hoc eſt verū in primo modo dicendi per ſe & ſic non ſequitur quid contra dominū Hieronymū: Voluit ergo hac de cauſa genus demōſtrationis eſſe formā, differentiā verò materiā et quòd hæc ſit intentio Auer. quod dubium de parte materiali, & formali currit: in dictis Auer. & nullibi inuenietis eſſe dictum partem formalem, & materialem, niſi in duobus, ſcilicet propoſitio habet partem formalem, & materialē, & demonſtratio ēt habet partem formalem, & materialē. Qua cauſa voluit facere in his duobus, partem formalem, materialē? Si reſponſio Balduini eſſet vera, ſequeretur, quòd omnia entia logicalia haberent genus. dictum formā, & differentiā dictam materiā, hoc non legitur niſi de dictis duobus, licet ſit verū dictū Balduini, tamē non eſt ad rē ipſam, qua cauſa Aue. voluit hunc ſyllogiſ. comunem dici partem formalē, & præmiſſas, dici partē materialē dicit ipſe, quia eſt accidēs, ergo omne quæſitū logicū, quia eſt accidēs haberet formam, et materiā, ſic cū cōponatur ex genere, & differētia. Propterea duplici reſpōſo poſſumus reſpōdere ſecūdū primā refutatā, à Baldu. ſ. dici partem ſyllogiſticam quodam modo partē formalē, & partē præmiſſarū, partē mate-

Paulus venetius.

Secundū du.

dubitatio pulchra.

Confutatio Baldu. opinionis quia non rationales.

Duplex reſponſio.

cauſa ſingularitatis: per formam conueniunt omnes ſyllogiſmi, ergo erit ſyllogiſmus forma, hæc opinio eſt vera, ſed quomodo accomodabimus Auerroem cum Philopono, qui voluit partem prioriſticam eſſe partem materialem, & posterioriſticam partem formalem. Eſt ſciendum quòd Auuerroes fuit coactus dicere, quòd demonſtratio habet partem formalem, & materialem. Sciendum eſt quòd illud eſt vniuerſale, de ratione vniuerſalis, & contrahibile eſt, quòd ſit contrahibile per ſingulare, quia non datur vniuerſale extra ſingularia, Aue. primo Poſteriorum 193. modo omne hoc tale, quòd eſt contrahibile bifariam competit illi, aut eſt contrahibile per differentiam eſſentialem & ſpecificam, aut eſt contrahibile per differentiam accidentalem, & per materiam, exemplum primi, vt rationale, habet contrahere hominem ab ipſo aoimali, exemplum ſecundi, vt domus eſt quodam vniuerſale, quod poſſimus contrahere hoc vniuerſale, ſcilicet domus ferrea, lignea, vt homo albus, & homo niger, homo in genere contrahitur per album, vt dicendo homo albus, & ſic contrahibile duplici modo eſt contrahibile, aut per materiam, aut per differētiam, ſed hoc contrahibile, primum quod habet appropriari per differentiam ſpecificam, & vocatur genus: ſecundum verò vocatur totum in modo, ideſt accommodatū, quòd non poteſt eſſe genus, hoc poteſtis videre ab Aue. primo Topicorum quarto penes finē, modò ſyllogiſmus, cum contrahatur per pramiſſas, ideſt per rem materialem, nō eſt genus, ſed totum in modo, opinio hæc, eſt Sueſ.

Opin. propria.

Sueſſanus.
Scotus.

de

de mente Auer. primo Priorum, ex Scoti, cap. d. definitione ſyllogiſmi & Bonfilij primo Topicorum, & hoc pacto præpoſitio, ſi diuidis ipſam, in affirmatiuam, & negatiuam eſt genus, ſi vero diuidis ipſam in ſpetiem elencam, topicam, ſophiſticam, eſt totum in modo, quia non eſt contrahibilis per differentiam, & cum ſit totũ in modo. eſt impoſsibile, quòd cohartans ſit forma, ſed eſt materia, quòd vero ſunt contrahentes in modo, ſunt præmiſſæ, & ideò vocantur materiæ, ipſe vero ſyllogiſmus, ideo vocatur forma . quia èſt contractum, quod eſt totum in modo ideſt non, eſt vere genus, patet ergo quomodo materia, & forma, partes demonſtrationis, ergo res conſiderata : remanet quòd ſit demonſtratio. Sed ſunt duæ difficultates, prima, qua de cauſa Philoponus vocat partem genericam partem materialem, & partem ſpecificam, partem formalem . Secunda illa eſt differentia ſpecificans, quæ conſtituit in ſpecie, ſed conditiones, attributa demonſtrationis præmiſſarum ſunt differentiæ vltimæ ſunt condictiones, ergo ſi habeo rem ſpecificantem, ſcilicet vltimam differẽtiam, ergo habeo genus; Ad primum eſt ſciendum, quòd non repugnat totum in modo, vocari genus, vt ſyllogiſmus, qui eſt totum in modo, eſt dictus quaſi genus, non autem, vere genus, primo Poſteriorum octauo. & prædicatur in primo modo dicendi per ſe Auer. & vide Dominum Bonifilium Bononienſem, in primo Topicorum capite primo. Secundo eſt ſciendum quòd totum in modo, ſumitur vt eſt quodã vniuerſale, quod poteſt fieri particulare, & hoc pacto aſſimila

Dominicus bonifilius.

Dubitatio prima.

Dubitatio ſecunda.

ſolutio prima

ſimilatur materiæ, inquantum modo præmiſſæ habent vim facientes differre, habent vim formæ, ideſt per ſimilitudinē, & hoc ſenſu dicimus præmiſſas eſſe formā, quia faciunt differre, & ſic bene Philop. vocauit ſyllogiſmum materiā, & præmiſſas formā, & in hoc bene Aue. vltimæ differentiæ ſunt conditiones, i. contrahentes totum in modo, ſunt diuidentes, quia ſicut ſyllogiſ. topicus, & elencus debent ſpecificari per præmiſſas, ſic ſyllog. demōſtratiuus habet diſtingui, a ſyllogiſ. elencho, penes præmiſſas,

Dubitatio

ſed differūt in ſpetie, hæc cohartata, à pari hæc materia contrahens ſyllog. non ne facit ſyllogi. differentem,

Responſio.

dicimus quòd hæc non ſunt vere ſpecies ſed ſunt accidentaliter diuerſæ differunt accidentaliter, vt contra diſtinguitur, ad differentiā contractionis per formas ſpecificantes,

Subtilis replica.

Dicis magis differt topicus à demōſtratiuo, quā duo demonſtratiui, ergo ſpecie etiā?

Reſponſio.

dicitur quod nō ſed magis i. differūt modo, i. materia particulari, duo demonſtratiui, à topico differūt modo, i. materia particulari, & vniuerſali, quæ differentia per materiā vniuerſalem nō eſt ſpecificās, i. non conſtituit ſpetiem verā, quoniā materialis atq; prædicamento diuerſo, à cohartato, i. à genere, modo ſpecificans i. differentia, & genus, ſunt eiuſdē prædicamenti, aut gn̄is propinqui, quoniā ſyllogiſ. eſt quaſi genus, elenchus, & demōſtratiuus erunt quaſi ſpecies.

Prima difficultas.

Eſt difficultas de re ſubiecta materiali, ſ. quō potes ponere demonſtrationem ſubiectū contra hoc, ſi demonſtratio eſſet ſubiectū, tunc idem eſſet quæſitū, atq; ſuppoſitū, hoc impoſſibile, ergo demonſtratio non pōt eſſe ſubiectū, quoniam-

niam præcognoſcitur; quia ſubiectum, & quæſitum, quia ignoratur, conſequentia probatur, primo Poſteriorum, aſſ. educamus demonſtrationem demonſtratiuè, & aſſumo ipſam pro ipſa, ergo idem eſt abſumptum, & quæſitum; ac etiam peto, quia demonſtro prædicata demonſtrationis, mediante demonſtratione. Secundum dubium ſpectans etiam ad partem materialem, ſunt verba Au. ponentis ſubiectum in ſecundo, vbi ait, & cum tractauerit conditiones demonſtrationis, inquantum dicunt ad perfectam aſſertionem, illuſmet tractat in 2. in quantum ducunt ad perfectam conceptionem, ergo eadem eſt res ſubiecta in 1. & 2. Poſt. in 1. vt facit ſcire prædicata aſſertiuè, in ſecundo vero, vt ducit ad perfectam conceptionem, modo demõſtratio habet eſſe ſubiectum, vt pars materialis, & formalis, ergo forma ſyllogiſtica eſſet in definitione, ex quo fiat ratio in terminis; illa res eſt ſubiecta, in primo Poſt. quæ tractatur in 2. ſed in 2. non de forma, ergo nec in primo eſt ſubiectum, quo ad vtramque partem: & ſequeretur definitionem conſtitui ex ſyllogiſmo, ideſt eius modo, figura, et præmiſſis. Ad primum, reſpondent communiter omnes Moderni, & dicunt nego logicam eſſe ſcientiam ideſt regulas demonſtratiuas, demonſtratiuè acquiri, ſed ſunt regulæ quoquomodo notæ, tamen habent manerie diſciplinæ maniſeſtari. Secundo dicunt, quòd non tractat hîc Ariſtoteles de forma: ſed quærit tantum partem materialem. Domini iſtæ ſunt nugæ, prima ſolutio, aut dicis, quòd Logica, eſt

Secunda difficultas.

Solutio prim. difficultatis.

Solutio 2.

Cõfutatio primæ ſolutionis

eſt ſcientia, aut non, quomodo verificas has conditiones demonſtrationis? dicunt ſyllogiſmo, et quomodo verificas prædicata ſyllogiſmi: non ſoluit prima reſponſio, quoniam currit dubium de omni inſtrumento logico, ſiue debili, ſiue non: definito, & contento: quia omnia inſtrumenta logica ſunt ignota, ideò fuga eſt. Præterea ſecunda reſponſio dicens de parte materiali tantum, nõ ſoluit argumentum, quia ego demonſtro has conditiones de parte materiali, quomodo in demonſtrando vtor eiſdem conditionibus, vt aſſerere quòd neceſſitas habet vim conceptioois, non ne hoc dicimus ex eiſdem regulis? quia omnes aliæ condictiones includuntur in ea, & conuertitur primo cum demonſtratione, quia neceſſitas continet immediationem, veritatem, affirmationem; & alia negata à definitione, vltra quòd contra Aue. 4. 103. primi Poſteriorum, quòd de forma etiam, ergo circa tantum rem materialem etiam currit dubium hoc dubium currit in omni inſtrumento logico, nám definitio eſt inſtrumentum logicum, qua de cauſa Auer. in ſecundo Poſterior. tradit definitionis definitionem ſcilicet quero definitionẽ & immediatè definio ipſam? hoc dubium mouit Alexander, quarto Topicorum capite de definitione, dicit definitio eſt oratio, quæ indicat quodquid eſt definiti, contra dicit Alexãder, quomodo definitio hic inueſtigatur, quæ eſt comunis omni definibili, & ſibi, ideſt definio ipſam aſſumendo ipſam. Reſpondet dicens, quòd omnia inſtrumenta, quæ aſſumuntur in demonſtratione inſtrumentorum appud incipientes artem, non ſunt veræ demon

Confutatio ſecũndæ ſolutio.

Solutio Ale.

monſtrationes, poſtea callentibus artem, reduntur veræ demonſtrationes, ſic ergo in demonſtrando demonſtratio nis prædicata apud ignorantes, non eſt demonſtratio, ſed apud lectorem, eſt demõſtratio, quia ſcit omnes regulas, ſcilicet quid ſit verum, quid immediatum, ſic etiam dicimus de definitione, ſcilicet quòd cum definimus definitionem, apud ignorantem, eſt quodãmodo definitio, apud verò lectorem eſt definitio vera. Sed quis dicet contra, in libro Poſteriorum ſubijcitur omnis demonſtratio in genere, ſi ergo omnis demonſtatio, ergo illamet, qua vtitur in demonſtrando eſt ſubiectum. Item nos edocemur omnes demonſtrationes, ergo etiam illam quam aſſumimus pro inſtrumento, ſimiliter definitio omnis tractatur, ergo vtor definitione definitionis in definiendo, modò eſt nugatio, quia ſequeretur, quòd idem eſſet definitio & definitum, & ſic illam rem, quam aſſumis in vtendo, eſt ſubiectum. Reſpondet Alexander dicens, concedimus definitionem hic aſsignatam eſſe vniuerſalem, & applicabilẽ omni definito primo, & per ſe, tñ per accidẽs cõpetit ſibi, & ſic ſtat multũ bene regulã ẽẽ vniuerſalẽ, et per accidẽs regulare ſe, eodẽ modo demõſt. eſt ſubiectũ in hoc libro, & vtor hac met ad probationem regularũ demonſtrationis; ſimiliter, ſi ego demonſtro conditiones omnis demonſtrationis, ergo etiam demonſtrabo conditiones inſtrumenti idem particularis demonſtra. quod aſſumo; vnde in hoc libro demonſtro conditiones demonſtrationis, in genere, per ſe. Dicamus ſimiliter, quòd inueſtigatio conditionum demonſtrationis duplici modo po-

Dubitatio & prima

Secunda ratio dubitandi

Solutio Alexandri.

Nota.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

poteſt conſiderari, vel in genere, vt eſt ſubiectum, et eædẽ conditiones, inueſtigantur pro inſtrumento & medio, & ſic per accidens, quia ad demonſtrationem vniuerſalem conſtruitur demonſtratio particularis, & ſic per ſe illam docet, & quia particulare continetur ſub vniuerſali, per accidens etiam edocemur particularem demonſtrationem, ad edoctionem ſui vniuerſalis: Sed contra hoc eſt inſtantia, ſi conditiones demonſtrationis demonſtrantur de demonſtratione, mediante demonſtratione particulari, ergo eſt ſcientia per accidens, quia 41. primi Poſteriorum, dicit Auerroes quotieſcunque ſcio ſcientiam vniuerſalem ſcientia particulari, per accidẽs ſcio, ſi ſcio omnem triangulum habere tres, quia iſocheles habet tres; ſcio per accidens, ſed per nos habetur doceri regulas vniuerſales demonſt, per demonſt. particularẽ, ergo ſcio per accidẽs: vt eſt ſciẽtia per inductionẽ. Reſpõdetur quòd particularia ipſa quæ habẽt facere ſciẽtia per accidens de vniuerſali, duplici pacto poſſunt cõſiderari, vno modo quòd aſſumam verificationem prædicati vniuerſalis, quia video particulare, vt dicẽdo eſt animal ſenſitiuũ, quia video hoĩem, qui ſentit. Alio modo dico quòd vniuerſale habet adiuuari à particulari non aſſumendo verificationẽ ab illo, vt ego doceo oẽs conditiones vniuerſales, & generales demonſtrationes, mediante iſto particulari, nõ ſumẽs ſuas conditiones, vt eas applicem demõſt. vniuerſali, ſed applico per inſtrumentũ particulare, tanquàm per inſtrumentũ particularizatum; & ſic dicimus quòd particularia, vt ſic, per accidens faciunt

Replica pulcra.

Solutio ſubtiliſsima.

ciunt ſcire. Alio modo prout ſunt inſtrumenta quibus fit ſcienti a per ſe, hoc modo non ſeruit pro verificatione ſumẽda ad ſui exemplũ. ſed ad ſui illationem, et probationem: Ad ſecundũ illæ cõditiones quæ fuere abſolutæ in 1. Poſt. illemet in 2. ut ducunt ad conceptionẽ, ſed illa quæ fuere abſoluta in 1. sũt prĩcipia formalia, et materialia, ergo eadẽ in 2. Poſ. quòd eſt impoſsibile, Pro dicto Au. eſt ſciendũ ex 1. Poſt. 64. quòd demonſtratio eſt vniuerſalis, et ſimiliter definitio. Unde Ar. voluit, prædicata demonſtrationis cõpetere definitioni, qua ſolent eſſe idem, probo quia ſimiliter incorruptibilis eſt, nõ quia cõpetens demõſtrationi, cõpetat definitioni, ſed quia definitio oĩs eſt pars demõſtr. vnde fit probatio à maiori ad minus, i. à magis vniuerſale, ad minus vniuerſale, i. cõpetit definitõi, quia cõpetit ſuo continenti, i. demonſtrationi rõe qua continet definitiones: Præterea 2. Poſt. 45. dicit demonſt. & definitio ſunt idem realiter, ſed differunt poſitione, & ſic licet conueniant in aliquibus cõditionibus, non tamen in oĩbus, nã ſi in 1. tractatur prædicata, atque conditiones demonſtrationis propriæ, in 2. verò non. Præterea dictũ de omni eſt prædicatũ affirmatiuũ de omni ſubiecto, hoc non eſt in definitione, & ſic licet quædam attributa, quæ competunt demonſt. cõpetant definitioni, tamen non de omni abſolute, affirmat, ergo res ſubiecta huius libri alia: Item eſſe affirmatiuum, & negatiuum, dicitur de demonſtra. non autem de definitione 101. primi Poſte. — *Solutio ſecundæ difficultatis.*

Circa modũ cõſiderãdi, explicãda ſunt verba Aue. difficillima ac cõtraria, ait. n. Et vltima diffe. quib' di- — *Verba Au. notanda circa modum conſiderandi.*

diuiditur demonſtratio, in ſpecies ſuas ex parte materierum, ſunt in quantum notificant alias res, quæ verba tantam induxerunt difficultatem, quòd Iuniores ipſa exponentes, ſunt quaſi contrarij intentioni Auerrois. Exponit Balduinus dicens, quòd illæ conditiones, quæ ſunt ſpecificatiuæ demonſtrationũ, quæ ſumuntur a medijs, id eſt à præmiſſis, ſpecificant demonſtrationem. Quæ opinio hic à Balduino apponitur, licet ſit contra ipſum cap. de regreſſu, ubi dicebat ſpecificationẽ demonſtrationum, ſumi à quæſito hic autem, intendit contrarium: ſed non hoc intenditur ab Auer. dicit Auerroes differentiæ vltimæ quibus differentiis diuiduntur ſpecies demonſtrationum, ex parte materierum, ſunt inquantum notificant alias res, quomodo habebimus differentias vltimas aſſignatas hic de demonſtratione. Unde Auerroes eſt eligens differentiam ſpecificantem, ex parte operationis, ſcilicet quòd differentiæ illæ, quæ ſunt in demõſtratione, quæ habent varias præmiſſas, ſunt differentiæ, inquantum demonſtratio ſimpliciter, notificat aliud ab ipſa propter quid; Ideò ſciendum, quòd Auerroes voluit vltimas differentias aſſignari per operationes quomodo ego hanc vltimam differentiam aſſignabo per operationem, ſcilicet abſoluere duo quæſita, per cauſam immediatam, quòd eſt demonſtratio ſimpliciter: tantum, philoſophus voluit hanc diuerſitatem denotare, inquantum diuerſæ ſcientiæ, habent acquirere diuerſas res, & de iſtis conditionibus tractari, inquantum ducunt ad perfectam aſſertionem, & ſic per vltimam differen

Expoſitio Balduini.

Confutatio.

vera expoſitio

rentiam intelligit ſpecificationem medij per quod eſt operatio ſua diuerſa, vt demonſtratio ſimpliciter differt, à propter quid per operationem. Eſt dubium nam 99. primi Poſteriorũ dicit ſumi à medio, hîc autem ab operatione. Sciendum ab Ariſtotele, primo Poſteriorum 32. & Auer. cap. de definitione, compoſita habent differentias vltimas, differentiæ vltimæ habent operationes per quas cognoſcuntur, ſic dicimus demonſtrationes ſpecificari à medio, vt à differentijs, media autem per operationem, & quomodo tracto de his condictionibus, dicit Aue. vt ducunt ad aſſertionem, non, vt habent eſſe vnũ quodam certum genus entis, putant Iuniores, quòd ens duplici pacto conſideratur, vel vt ens reale vniuerſale, vt ſubſtantia, et hoc modo, à metaphiſico: alio modò pro ſecunda intentione, vt effectus animæ, qui eſt fabricatus ab intellectu, eſt regula facta ab intellectu & hoc modo ad animaſticum. Alio modo, vt eſt inſtrumentum ſciẽdi ſic ad logicũ. Vult Balduinus eſſe opinionem Alfarabii quòd demõſtratio habet libellum abſoluentem ſuas conditiones, vt eſt certum genus entis. Dicit Balduinus contra Alfarabium, non tractatur, vt eſt quoddã genus entinm, ſed, vt ducit ad perfectam aſſertionem, et ſic non, vt Alfarabius putabat. Quo iure hoc Alfarabius dixit, Iuniores nunquam potuere deuenire ad cauſam dicti Alfarabii, quia nunquam Alfarabius hoc voluit, licet ſit de definitione, ſed non de demonſtratione, cum ſit genus logicum, quomodo vult quòd ſit metaphiſicum, quoniam eſt opinio Græcorum, & Latinorũ, quòd de

Dubium.

Reſponſio.

Opinio Alphabij ex mẽte Balduini.

Cõfutatio per Balduin.

Confutatio cõfutationis

de definitione, inſtrumentum ad metaphyſicum, et forte ſic Alpharabius de definitione. Sciendũ eſt quòd Alpharabius compoſuit tractatum de demonſtratione, vt eſt dictum Aue. 3. quæſ. 2. Poſt. 38. & 1. Poſt. 41. & Alpha. quid tractauit de demonſtratione, dicit Aue. multa abſoluit, non à philoſopho abſoluta, dicit multa, quia Alpharabius poſuit quaſdam ſpecies demonſtrationis ſimpliciter, obtinentes quæſitum de genere. Eſt magna quæſtio de primitate prædicatorum, Alpha. vult quòd ſit conuertibilitas, Aue. verò non, tamen ponebat aliam ſpeciem demonſtrationis: dicit eſt opinio Auempace, & Alpharabij, dicendo quòd Philoſophus non tractauit omnem ſpeciem demonſtrandi, ſed tractauit inquam, inquantum eſt definitio in potentia, aut pars definitionis in potentia, hoc modo Auerroes infra dicet eſſe opinionem Alpharabij, non de demonſtratione ducente ad ſcientiam quid, ſed de de demonſtratione cõgregãdo omne genus, vt eſt quoddã ens vniuerſale, ideſt vt eſt demõſtratio habens omnem modum demonſtrandi, ideſt tractatur de demonſtratione in primo Poſte. non vt eſt certũ genus entis, ſed de ipſa in genere, ideſt tractantur omnes ſpecies ſuæ, & dicit Aue. ego diu credidi in hac opinione. Hanc eandem opinionem recitat Au. in 3. quæſito ibi dubitat quotieſcunque demonſtro cauſam finalem, per efficientem, & formalem per efficientem, & finalem, hic proceſſus procedere à cauſa finali, vtrũque eſt demonſtratio dicit Auerroes non, quia caret perſcitate: ergo non ſunt demonſtrationes, quia ſumptum eſt ex primo

Poſitio propria.

mo Poſteriorum 36. demonſtrationem ſimpliciter continere primum, & ſecundũ modũ dicendi per ſe, volebat Au. quòd intentio Philoſophi fuit tractare de demonſtratione, vt eſt definitio in potentia, et nõ vt certũ genus entis, i. ſimpliciter, vt eſt pars definitionis. ſ. aut genus, aut differentia, ſed qua cauſa Philoſophus præpoſuit ibi de demonſtr. quàm de definitione, dicit Au. quia ad quid ignotũ naturaliter, nõ eſt aliud inſtrumentum potiſſimũ, niſi demõſt. ideò prius de demonſt. quàm de definitione. Alpha. ergo volebat perſeitatẽ primi modi extẽdere ad oẽe genus cauſæ, 1. Poſt. 35. ſtante ergo, quòd opinio Alpha. eſt quòd tractat de demonſtratione, vt eſt omne genus, ſed quo dicunt iſti, vt eſt quoddã certum genus entis, i. vt eſt ens rõnis in genere, i. nõ coharttando hoc inſtrumentũ ſciendi ad quid, vnde vniuerſaliori modo tractauit Alpharabius de demonſtratione, quàm Philoſophus. Reſpondetur modo ad textum hîc de demonſtratione vt ducens eſt ad aſſertionem, ideſt vt eſt potentia continens quid naturaliter ignotum, ſed quomodo Alpharabius tractat de demonſtratione, in genere, quia multas ſpecies falſas compoſuit, quas Philoſophus non compoſuit, hoc Auerroes in præfatione alludens dicit hîc non de demonſtratione, vt Alpharabius: ſed tractatur inquantum ducit ad aſſertionem, & ad quid in potentia: ſuccedit Auerroes dicens quòd in libro Poſteriorum non tractatur de vltimis differentijs: ſed de propinquis, quid Au. intendit cũ modo dicit vltimas, et modo propinquas tractari capitulode ſubiecto, ſed primo

Verba Au. declarantur.

lega-

legamus verba Auerrois. Succedunt verba Auerrois exponenda, in primo dixit hîc abſolui tractatum de demonſtratione, & præmiſsis eius, inquantum ducunt ad aſſertionem, & dum dinumerauit conditiones præmiſſarum, tractat eas, inquantum ſunt definitiones, & vt vniuerſalius inquam, vt ducunt ad perfectam conceptionem. Exponunt Iuniores, & dicunt poſtquam philoſophus in primo abſoluit conditiones demoſtrandi, & quia iſtæ conditiones ſunt in definitione etiam, ergo volunt iſti, quòd hîc Auerroes ponat ſubiectum ſecundi libri Poſteriorum, in quo libro declarantur conditiones illæ demonſtrandi, ſed non in demonſtrando, ſed in definiendo tantum, cauſa huius expoſitionis, non fuit ſolum conuenientia, ſed etiam fuit dictum Auerrois, quando dicit, vt ducunt ad conceptionem, modò conceptio non habet acquiri à demonſtratione, ſed solũ definitione ducitur, ideò volunt eaſdem conditiones poni pro ſubiecto. Præterea dicit Auorroes illas tractat, vt ducunt ad aſſertionem, ſed in primo non tractantur, niſi conditiones præmiſſarum, ergo ſolum iſtæ ſunt ſubiectum in primo Poſteriorum & ſecundo. Domini dico quòd Auerroes hic apponit rationem dicti ſuperioris, quia Auerroes voluit carpere Alpharabium, qui volebat de demonſtratione totali in primo Poſteriorum, modo Auerroes in iſtis verbis dat cauſam, quare ipſe eſt alterius voti dicit, quia iſtæ conditiones tractantur in primo, vt habent oculum ad definitionem, & hoc eſt contra Alpharabium. Quoniam poſtquàm ſpeculatus eſt

Opinio Bald.

Primo.

Secundo

Reprobatio.

eſt, ideſt non benè dicebat Alpharabius, qui volebat de definitione tractari in genere; ideſt, vel vt Latini, quòd ad metaphiſicum, vel quòd de definitione in genere, quia omnes cauſas docens 35. primi Poſteriorum ingredi definitionē, quòd nō dicitur à philoſopho. Præterea ſunt verba Auerrois quando dicit. Tractat enim has præmiſſas ſecundùm numerum aſſertionis, vnde in primo Poſteriorum demonſtratio debet conſiderari, inquātum ducit ad perfectam conceptionem, vt finem hāc opinionem legite in ſecundo Poſter. 38. dicit Auerroes, quæ eſt diſcordia inter Ariſtotelem, & Alpharabium, dicit quia Philoſophus tractauit in primo Poſteriorum de demonſtratione, vt eſt inſtrumentum ducens ad conceptionem, ideſt vt eſt quid in potentia, meritò Auerroes dicit de præmiſsis hìc in ſecundo inquantum ducunt ad aſſertionem, & ad conceptionem, vnde hæc verba habēt dicere diuerſitatem, inter ipſum, & Alpharabium, hæc eſt vera opinio Auerrois. Hæc itaque eſt prima pars huius libri, quæ abſoluitur in primo libro, ideſt nūc terminatur primus liber Poſteriorum, qui eſt abſoluens conditiones, quæ ducunt ad conceptionem, & ad aſſertionem, ideſt, inquantum ſunt abſoluentes quid in potentia Iuniores verò putabant innui ſubiectum ſecundi libri Poſteriorum: dicit conceptionem, ideſt vt abſoluit quid in potentia, ideſt demonſtratio tria quæſita, actu habet, quid autem potentia, ideſt aſſertionē actu, & conceptionē in potentia, & ſic ſufficit quòd Alpharabius ſit denius à Philiſopho, quia Philoſophus tractat conditiones

in ſpetie Alpha. verò in genere. Secundum abſoluendū
Dubitatio. *circa verba Aue. in primis verbis hîc tractari de mediſs per operationem, quia diuerſa media, diuerſas pariunt ſcientias, ergo in hoc libro abſoluuntur media ſpecificantia demonſtrationem, contrariū huius dicit Au. infrà dicit, in hoc libro non tractantur vltimæ differentiæ demonſtrationis, ſed tractantur differentiæ propinq; vltimis demonſtrationis: Iuniores exponunt hæc verba, quòd logicus eſt artifex vniuerſalis, vnde nō habet cohartare ſua inſtrumēta ad alias artes, quæ cohartatio, v. g. demonſtrare motum progreſsiuum animalis. pertinet ad librum de animalibus, ſic ergo Ari. tractat regulas cōmunes, non autem vltimas, i. non docet ſimul, & ſemel has vltimas differentias iſtrumentorum, quia illas remīſit ad proprias artes, vt tractare de diffinitione animæ, pertinet ad animaſticum, & q̄uo exponunt quandò dicit de communibus propinquis, & vltimis. Reſpondet Do.*
Expoſitio Io. Berar. Longi præceptoris noſtri. *Ioa. Berar. dicens, i. applicabilibus omnibus differentijs propriis, i. tracto de differentia, quæ eſt vniuerſalis, quia prædicatur de pluribus differentibus, quia poſt tractationem de logica, immediatè applicas illam in ſcientijs. Al*
Dubia reſponſio. *pha. non intendit in logica tradi differentias artiū, quia ſic logica eſſet aceruus artium & Auer. id impugnaſ*
Opinio propria. *ſet ſignanter: propterea Sciendū eſt quòd Au. poſtquàm carpit Alpha. in re ſubiecta huius libri, quia eſt de demonſtratione in vniuerſali, Ari. verò in ſpetie, quodā modo, altero modo Aue. ipſum reprehendit, Alpha. cōpilauit logicā, in qua tractantur inſtrumenta ſciēdi, et*

vltra

vltra hoc fecit aliã partem, quæ pars docebat modũ applicationis, diciturq; peritiã artis, modo cũ ſimus in modo logico, i. nõ diſcedendo à logica, i. vt traditio eſt regularũ; quæ eſt tibi aſsignabilis, vltima differentia in aſsignãdo, dicit Aue. non eſt iuſtũ tradi differentias vltimas inſtrumẽtorũ: eſt ſciendũ, quòd inſtrumentũ tres habet differentias, primo conditiones cõſtitutiuas inſtrumẽtorum, quæ dicuntur communes. Secundò differentia propinqua. Eſt dare alterã differẽtiã vltimã in inſtrumẽto notificãdi, i. docendi modum vtendi, dicit modo Aue. quòd Philoſophus non docet modum vtendi, quia iſti modi appropriantur in propria arte, vt in naturali philoſophia, vt plurimum vteris demonſtratione quia, ſ. à ſenſatis: Aue. ergo accuſando Alph. dicit Philoſophus nõ tractat de modo vtendi, ſicut fecit Alpha. qui ponebat aliã partẽ logices, in qua ponebat modũ vtendi, de eſſe. n. quòd cõcernit ſingulas artes Ari. fuit moris meminiſſe in artibus illis, prout fecit in phyſi. auſcu. & vndecimo, de anim. ſed hîc meminit de differẽtiis cõmunibus, et propinquis vltimis, reliquit aũt vltimas illis artibus, ſed hîc tantum, ſ. Philoſophus, meminit de differentijs propinquis, et de cõmunibus, dicimus ergò quòd differ. vltima derelicta hic nõ eſt vt inſtrumentũ organicũ, ſed volebat Alp. dari aliã partẽ organicã, quæ docebat modũ vtẽdi Sed quõ intelligitur dictũ de propinquis vltimis, i. Ar. tres põt cõſiderare differẽtias inſtrumẽti ſimul, et ſemel declarãdo regulas cõmunes, dat regulã miſtã, quãdo, & quõ poſsũt aſſumi, et exerceri iſta definitiones, et propin-

Inſtrumentũ ſciendi tres habet differentias.

Pulchra dubitatio.

Solutio.

quæ vltimis, ideſt proportionatæ, ideſt in proprio negotio phyſico, debeo demonſtrare de ente phyſico, & in matem. de ente mathematico, & ſic hac differentia communis, & propinqua, omnes ſunt partes logices, non tertia quæ vltimas differentias demonſtrationis tractat. Sed quid dicendum de Auerroe, qui volebat tractari de differentijs vltimis, hîc verò negat, quomodo ergo in tam paruo proceſſu videtur ſibi contradicere? Eſt ſciendum quòd hîc non tractatur de rebus vltimis, i. de peritia artis, ideſt de modo vtendi demonſtrationis, & definitionis, vt fecit Alpharabius, ſed tantùm voluit tractare de differentijs communibus, & propinquis vltimis, modo ex poſito ſupra, & cum hoc tractantur differentiæ vltimæ, i. conſtitutiuæ inſtrumentorum, non vltimas in vtendo, ſed in docendo modum docendi, ſicut minimè Alpharabius fecit. Equum eſt, cum ſubiectum ſit quodam abſolubile in arte, & ars imitatur naturam, quæ habet compoſitũ, ſic in arte res conſiderata vocatur materia, pars autem formalis, quæ eſt modus conſiderandi, & quia diſtinctio ſumitur à forma, ideò modus conſiderandi dicitur formalis, ſic ergo oportet dare modum ſeparantem hanc artem. Occurrit opinio iuniorum, quòd hîc de demonſtratione inquantum eſt inſtrumentum notificatiuũ rei rei ignotæ, & cum notificare ſcientiam, ſit quoddam cõpetens multis, ſcilicet definitioni, & demonſtrationi, ſed quoniam omne prædicatum, quod competit duobus, & vni non per aliud, competit ratione tertij, vt riſibile competit Scipioni, & Franciſco, non Scipioni ratione Franciſci

Apparens cõdictio ſoluitur.

De modo conſiderandi.

Dubi. prima.

ciſci, ne que econtrà: ergo ratione tertij, ſcilicet ratione hominis, ergò inſtrumendum ſciendi, eſt quodam prædicatum competens definitioni, & demonſtrationi, non vni ratione alterius, ergò ratione tertij, ergo datur tertium inſtrumentum, maior eſt Phyloſophi 39. & 40. primi Poſteriorum. dum dicit ſi habere duos angulos, non iſocheli per equicrurē, nec ecōtrà, ergo ratione tertij, ſcilicet triāguli. Prius quàm dubitatio hæc ſoluatur, præmittere opor tet cauſam, quare Philoſophus non de inſtrumento ſciendi prius, quàm de ſuis ſpetiebus, quomodo hoc inſtrumentum, cum ſit quodam commune definitioni, & demonſtrationi, Ariſtoteles de ipſo non verba fecit? non poſsumus dicere, quia notum, eſſe dimiſſum, quia cuius analogi ſpeties ſunt ignotæ, & genus debet eſſe ignotum: hoc eſt ipſius Auer & T hemiſtij. 2. de anima 30. vbi ait Auerroes analogum eſt quodam prædicatum commune ſumptum à ſpetiebus: vniuocum verò, habet eſſe citra ſpetiem, modo genus analogum pendet à ſpetiebus, ſed ſpeties ſunt ignotæ, ergò & genus analogum eſt ignotum: minor probatur, quia ſunt quidam dicentes, omniū eſſe demoaſtrationem, vt eſt opinic nonnullorum, eſſe demonſtrationem, ſimiliter & de definitione, quia Philoſophus tex. 8. dubitabat, dicens, et ſi alius eſt ſciendi modus poſterius dicetur. Reſpondet Balduinus ex contraditionibus Zimar. primo Phyſicorum quarto, dum quærit, an ſemper à magis vniuerſali, quòd genera analoga, non habent præcognoſci ante ſuas ſpeties, ideſt non tractantur ab arte, hoc dicit in quæſito de ſubiecto logices.

Dubit. ſecūda

Confutatio. tacitæ reſponſionis

Reſponſio Balduini.

Hoc

Confutatio / *Vera ſolutio.*

Hoc eſt cõtra Aue. 2. de anima 32 vbi dicit genera analoga habent praecognoſci ante ſpecies: Sciẽdum eſt quòd inſtrumentum ſciendi dicimus fuiſſe dimiſſum, tanquã rem notam, i. vt rẽ manifeſtã, quod probatur maximè quòd Alex. & Ammonius dicunt de mente Platonis, quatuor eſſe methodos, quia ante Ariſt. erat opinio Hypocratis dicentis ipſum, quid poſſe demonſtrari, ergo erat ante inſtrumentũ notum, ſi ergo methodi ſunt notae ergo ſpecies etiam ſunt notae.

Dubitatio.

Sed quis dicet, contrà quia ſpecies ſunt ignotae. Reſpondetur duplici reſponſo:

Duplex reſpõſio.

Primò ſecundum nos tenentes inſtrumentum ſciendi eſſe vniuocum. Secundò apud tenẽtes inſtrumentũ ſciendi eſſe analogum. dicamus modo, quòd partes ſunt notae: ſed contrà quia definitio eſt ignota, dicit, ſi eſt alius ſciendi modus, propter quid ignotum: quid non definitione, ſed demonſtratione primò in potentia, & definitio, et de ſe eſt inſufficiens, dico quòd Ari. non negauit definitionem, cũ definitio ſit triplex, ſ. nota, & quoquomodo nota, & per ſe ignota, patet ergo quomodo Philoſophus aſſumpſit inſtrumentum ſciendi, immo logicà vocatur inſtrumentũ ſciendi, vt dicit Plato, habito hoc; ſi inſtrumentum ſciẽdi eſt commune, an vniuocè, an equiuocè, an analogicè.

Ratio probãs inſtrumentũ ſciẽdi eſſe equiuocum.

Probatur, quod ſit aequiuocè Auerroes primo comento, primi Poſteriorum dicit arguendo contra Alpharab. quod omnis doctrina & diſciplina non ſit contentiua definitionum, & demonſtrationũ, dat cauſam dicens, quia eſt aequiuoca, quia continet duo aequiuoca modò continẽt aequiuoca, eſt aequiuocum, haec prapoſitio omnis doctri-

nae

na continet æquiuoca, ergo ipſa eſt æquiuoca, à pari, continens æquiuoca, eſt æquiuocum, minor eſt Auer. in ratione ſua, in primo Poſteriorum dicens proceſſus æquiuocos eſſe demonſtratiuum, & definitiuum, ſed inſtrumentum ſciendi continet duo æquiuoca, ergo eſt æquiuocum, nunquam huic fuit reſponſum probatur etiam ex hoc eſſe diuerſa inſtrumenta ſciendi. Secundo dubitatur quod ſit analogum, & eſt opinio Iuniorum dicentium inſtrumentum ſciendi dici purè analogicè. Et prima ratio, quam conſtruunt eſt iſta. Definitio eſt illa methodus, per quã demonſtratio tractatur, ergo illud quod eſt commune vtriſque eſt analognm, quia quoties prædicatum competit indirecte ad duo illud eſt analogum: Secunda ratio, vbi prius, & poſterius, ibi adeſt analogia, hoc eſt Philoponi primo de anima 7. comen. eandem rem Auerroes quarto met. ſecundo, modò inſtrumentum ſciendi per prius dicitur de definitione, quàm de demonſtratione, ergo verè eſt analogum illud prædicatum competens vtrique. Tertio arguunt argumento inrefragabili, ſicut ſe habet finis ad finem, ſic inſtrumenta, ad inſtrumenta, ſed fines ſunt analogi, ergo, & inſtrumenta erunt analoga, quod finis demonſtrationis eſt iam analogatus, ideſt poſtpoſitus fini definitionis, eſt manifeſtum, quia demonſtratio facit ſcire accidens, definitio verò facit ſcire ſubſtantiam. Quarta ratio, dicit Berardinus Longus, illo modo annectitur demõſtratio definitioni, quõ annectitur accidens ſubſtãtiæ ſubente, modo finis demonſtrationis, eſt accidens, finis vero defini-

Opinio Iuniorum quod ſit analogum.

Secunda rat.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

definitionis eſt ſubſtantia, ſed ſubſtantia eſt primò ſub ente, quàm accidens, ergò definitio primò ſub inſtrumento ſciendi, quàm demonſtratio: iſtis argumentis, iſti Iuniores ſubſtinent dari inſtrumentum ſciendi analogice, de duobus inſtrumentis, ſcilicet demonſtratione, atque de finitione. Ego autem laudo aliam partem, ſcilicet inſtrumentum ſciendi nõ eſſe analogum, neque æquiuocũ ſed vniuocum, & primò, vbi non eſt differentia, ſeu eſſentia analogiæ non aſt analogum, ſed ab ipſo inſtrumento ſciendi, remouetur quiditas analogiæ: ergo non eſt analognm, minor probatur, teſtis eſt Auerroes, quòd analogum habet multas conditiones, præcipuè quòd eſt prædicatum commune pluribus, taman cum ordine, ſcilicet primo de vno, poſtea de altero, quæ conditio eſt 4. met. 2. & Philoponus primo de anima 7. com. Secundò habet aliud, ſcilicet qòod ipſum analogatum de quo prius dicitur analogum, debet eſſe cauſa ſecundorum analogatorum: hoc eſt Auerrois, capit. de analogia, quæ cauſa, aut eſt finis, aut efficiens, aut materia, formalis verò nõ poteſt eſſe. Tertia conditio eſt quod eſſe ſuum ſumat ex ſpetiebus. Quarta conditio eſt quod primum analogatum, quod eſt cauſa, quæ cauſa eſt, ideſt cauſat quod nomen analogum non ſit in ſecundis, niſi ſit in primo, vt ſubſtantia, primum ens primum analogatum, & eſt cauſa ſecundorum analogatorum. Hæc quarta conditio eſt Themiſtij ſecundo de anima 30. Iſtis ſic ſtantibus inter alias conditiones requiſitas, dicunt iſti hîc prius, & poſterius ergo. Reſpondeo quòd duplex eſt prius, & poſte-

Opinio propria cõtra Iuniores.

Pri. conditio.

Secunda conditio.

Tertia cõdit.

Quarta cõdit.

Solutio primæ rationis.

poſterius, aut in cauſando, aut in nobilitate : modò ſi inſtrumentum ſciendi primo de definitione tanquam priori natura, hoc eſt falſum, quia nō poſterius, nam de perdito inſtrumento definiendi poſſum demonſtrare, & ſic non eſt prius, vt cauſa, ſed tanquam nobile. Prætereà videte Ammonium cap. de quantitate, atque Porphyrium eodem cap. nā dicunt diſcretum, eſt poſt continuū: contra dicit, ſi eſt prioritas, ergo eſt analogum, non autē vniuocum. Reſpondet Ammonius quòd non valet, vbi prius, & poſterius, ibi analogia, eſt ergo dari prius, & poſterius, ibi analogia, eſt ergo dari prius, & poſterius, dempta analogia, quod ponis in inſtrumēto, nō eſt prius quod ſit cauſa. Secundo demonſtratio, & definitio ſunt duo inſtrumenta, ergo definitio eſt cauſa, non cauſa materialis: quoties enim demonſtro propter quid, & quia: atque demonſtratio ſimpliciter : dum demonſtrat paſſionem per cauſas, ſine definitione, ergo non cauſa materialis: non eſt cauſa efficiens in demonſtratione, & tamen, quid non ſemper eſt medium: dicet ille eſt finis, quia inſtrumētum propter illud, qua cauſa nos primò de demonſtratione, ſecundò de definitione. Diximus pluries quòd ad inueſtigandum, quid naturaliter ignotum, non erat aliud inſtrumentum potiſſimum, niſi demonſtratio, ergo oportet primò præſcire ſcientiam demonſtrandi, ſecūdo ſcientiam definiendi, quomodo ergo definitio eſt finis demonſtrationis, niſi alicuius demōſtrationis ſimpliciter, quid eſt in potentia habentis, dicet ille demonſtro, quid, ſemper ergo ſequitur nunquam demonſtrationem ſimpliciter

Ammonius vir grauiſsimus.

Secūda ratio.

H habe

habere medium terminum definitionem, modo demonſtratio frequenter eſt accidentium 1. Poſteriorum 56. ratio autem ſubſtantiæ ideſt ſi quid, eſt ignotum demonſtratio habet ad illud dirigi, ergo ſi non, vt cauſa finalis, non vt efficiens non, vt materia, ergo inſtrumentum ſciendi dicitur ſine cauſalitate. Tertiò Auer. in epitho. log. ca. de definitione ſingularium, dicit, quòd nomina analoga, habent hoc, quòd primum analogatum eſt notius altero, vt ens pro ſubſtantia, modo per te demonſtratio eſt inſtrumentum ſciendi, ppr definitionem. hoc eſt falſum, quia contradiceret ſibimet, & per ipſoſmet, prius de demõſtratione, quoniam notiori, cum ergo analogum requirit vt primum ſit notius, & definitio non fit niſi poſt demonſtrationem de aliqua re, ergo cum demonſtratio ſit notius inſtrumentum, ipſa eſſet prior ſub inſtrumento ſciendi, ergo per te definitio non eſt cauſa demonſtrationis. Quartò ſicut finis ad finem, ſic inſtrumentum, ad inſtrumentum, hoc nõ valet, nam demonſtratio quia notificat eſſe Dei, propter quid verò notificat propter quid riſibilis, modo finis demonſtrationis quia, eſt directus ad finem demonſtrationis propter quid, modò demonſtratio, quia valet ad eſſe Dei, propter quid vero non, ergo ſequitur per te quòd demonſtratio quia, ſit nobilior, ergo non valet quòd ſicut finis ad finem, ſic inſtrumentum, ad inſtrumentum. Præterea contra hoc arguo, ſcientia dignitatum eſt per inductionem tãtum, cum ergo prima principia ſciantur per inductionem, paſsiones ſciantur demonſtratione, modo ſi per te fines ſunt digni, ergo & inſtru-

Tertia ratio.

Iuniores ſibimet contrarij.

Quarta ratio

Quinta ratio

ſtrumenta, modò ſcientia dignitatum eſt nobilior ſcientia paſſionum, ergo inductio nobilior demõſtratione, quòd falſum. Item dato quòd demonſtratio quia, demonſtret ſubſtantiam, definitio qualitatis, definit qualitatem, demonſtratio quia, demonſtret ſubſtantiam, licet ſi eſt demonſtratum demonſtratione quia ſit accidens. 33. ſecundi Poſteriorum, & 1. Thop. 5. vt Deum eſſe, modò ſi per te valet, quòd ſicut finis ad finem, ſic inſtrumentum ad inſtrumentum, ergò ſequitur quòd demonſtratio ſit nobilior, defin. quod falsũ. Vltimo eſt falſitas, ꝙ analogia detur inter accidens, & ſubſtantiam definitione ſcitam, quia nos ſcimus accidens ẽt definitione, vt in mathematica, tamen definitio notificat ſubſtantiam, ideſt eſſentiam, abſolutè, & ſimpliciter & ſic Iuniores ſunt confuſi, quia ſubſtantia, quæ eſt ſub ente, pro prima ſpetie entis, non eſt illa, quæ ſcitur definitione tantũ. Præterea ſi ſcitũ quod ſcitur definitione, & demonſtratione eſſet analogum, ergo quantum eſſet analogum, quia ſcitur definitione, & demonſtratione. Præterea ſubſtantia ſcitur demonſtratiuè vt ignẽ eſſe, et ſubſtantiã abſtractã eſſe, et definitiuè, ergo non eſt analogũ inſtrumẽtũ. Redeamus ergo ad veritatis deciſionẽ. Tenemus aũt nos inſtrumẽtũ ſciẽdi de vtriſq; vniuoce prædicari: et arguatur ſic, quid eſt inſtrumentũ ſciendi, eſt methodus faciens ſcire, cui competit, dicit defini. atq; demonſt. arguatur modo. Omne prædicatũ, ꝙ cõpetit duobus, et vni non per aliud, cõpetit rõne tertij, hoc eſt Aue. 1. Poſt. 41. v.g. demonſtro progreſsiuum de homine, & de æquo; & tamen non vni ratione alterius,

Sexta ratio.

Septima rati.

Octaua ratio

Propria poſit.

Prima ratio.

ſed ratione tertij ſcilicet ratione animalis, modo facere ſcire, competit definitioni, & demonſtrationi, & vni non ratione alterius, ergo ratione tertij quia poſſum definire, & non demonſtrare, & econtra, ſed hoc tertium eſt inſtrumentum ſciendi, ergo prædicatur vniuoce, quòd probatur, hæc eſt differentia inter vniuocum, & analogum, quia vniuocum eſt ſaluabile ſine ſpetiebus, vt animal poteſt concipi ſine ſpetiebus, hoc eſt Porphi. capitulo de cõmunitatibus, illud quod fallit eſt de analogo, quia analogum eſt quædam prædicatio communis ſpetiebus ſumpta ab illis, hoc eſt Themiſtij 32. ſecundi de anima, de mente Alex. & Auer. vbi dicit analogum eſt quadã ſignificatio ſumpta, ex ſpetiebus, modo facere ſcire competit duobus, non vni ratione alterius, ſed ratione tertij, ſed hoc tertium non eſt analogum, ergo vniuocum. Sed dicet ille contrà omne genus vniuocum, eſt quod prædicatur ſecundũ nomen, et rationẽ, ſed in definitione definitionis non ponimus hoc, ergo non genus erit, & prædicatũ vniuocum. Dicamus ex Auerroe 31. primi Poſteriorum in paraphraſi, quòd prædicatio vniuoca eſt in duplici differentia, quædam remota, quædam verò propinqua, ſic inſtrumentum ſciendi eſt prædicatum per ſe de definitione, & tamen eſt remotum, & ſic inſtrumentum ſciendi licet ſit vniuocum, tñ remotum, nõ autem propinquum, vt homo, & leo, habent ſubſtantiam vniuocè longinquè. Secundò probatur, quòd ſit inſtrumentum vniuocum, illud eſt vniuocum prædicatum, quod prædicatur de vtroque nomine, & ratione ſecũdum illud nomen, quo-

Dubitatio

Solutio

Secũda ratio

eum ergo inſtrumentum ſciendi, ſit quodam nomen, in
quo conueniũt definitio, et demõſt. ergo conueniũt in ratio
ne illius nominis, ergo ſunt vniuoca. Tertio illud eſt ve- *Tertia ratio.*
rè vniuocum, quoties inferiora participant prædicatum
non per aliud participans, vt homo, leo gallina, ſunt tres
ſpeties ſub animali, & tamen vnum non eſt animal ra-
tione alterius, ſed definitio, & demonſtratio, ſunt æque
participantes inſtrumentum ſciendi, ideſt definitio nõ ra
tione demonſtrationis, neque è contra, ergo inſtrumen-
tum ſciendi, verè eſt vniuocum. Sed reſpondetur modò *ſolutio prima*
ad analogiam domini Hyeronimi, prima eorum ratio *rationis Iuni.*
fuit iſta, vbi prius, & poſterius, ibi analogia, ſed inſtru-
ſtrumentum ſciendi per prius habet dici de difinitio-
ne, ſecundò, de demonſtratione, ergo eſt inſtrumen-
tum analogum: Dicamus quòd quando dicit vbi pri-
ũs, & poſterius ibi analogia, hoc eſt falſum, & eſt Am-
monij capitulò de quantitate, neque inter ipſa datur cau
ſa, quia definitio, non eſt cauſa demonſtrationis, neque è
contrà, immo in vniuocis datur prius, & poſterius, & ta
men non datur analogia, quia de genere analogi eſt quod
pendeat ex ſpetiebus. Sed quid dicet Philopo. primo de *Dubitatio.*
anima. ſeptimo, dicit vbi prius, et poſterius, ibi analogia.
Dicamus quod prius ſumitur duobus modis, vno modo, *Solutio.*
in cauſando, alio modo in nobilitate, modo definitio eſt
prior, non prioritate cauſationis, ſed nobilitatis. Præte *Solutio ſecun-*
reà erat alia eorum ratio, ſicut finis ad finem, ita inſtru *dæ rationis.*
mentum, ad inſtrumentum, hoc eſt falſum, vt probaui-
mus ſuperius. Sed quid dicet hoc eſt Ariſt. ſeptimo po- *Dubitatio.*
liti.

ti. Iſti Iuniores non intellexerũt Ari. dicit etenim Ari. ſicut finis ad finem, ita inſtrumentum, ad inſtrumentũ, ideſt dicit Ari. ſi volo eſſe felix, oportet me eſſe prudẽtia ornatũ, et ſic finis meus atque felicitas, & eſſe prudens et ſic inſtrumentũ prudẽtiæ erit directũ ad inſtrumentũ felicitatis, et tñ non eſt ignobilius: ſic ẽt inſtrumentũ demonſtratiuũ, eſt directũ ad inſtrumẽtum definitiuũ, et tñ nõ ẽſt ab ignobile, ad nobile, licet dirigi dicat imperfectionem, tñ hoc non eſt ratione, qua eſt inſtrumentum ſciendi, ſed ratione, qua tendimus ad, quid, ignotum. Tertia eorum ratio, demonſtratio demonſtrat accidens. definitio ſubſtãtiã, modo ſubſtantia eſt nobilior accidente ergo &c. Dico licet definitio propriè ſit ſolius ſubſtantiæ pri. entis quòd verum eſt, quòd definitio facit ſcire ſubſtantiam tamen duobus modis intelligitur, vel vt eſt oppoſita acci denti, & hoc eſt falſum, alio modo ſumitur ſubſtantia, vt habet opponi accidentali, & ſic definitio eſt ſubſtantiæ, nõ ſubſtantiæ oppoſitæ nouem prædicamentis, ſed ſubſtantiæ oppoſitæ accidentali, & ſic in quantitate eſt demõſtratio, & definitio, contra Hyeronimum: datur enim ſubſtãtia ſecundum modum, & non ſecundũ rem, et tamẽ definitur: habemus ergo, quòd definitio, & demonſtratio, sũt duo inſtrumenta ſciendi contenta ſub inſtrumento ſciendi, tanquam ſub ſuo vniuoco. Uenit modò ratio, quòd ſit purum æquiuocum, quòd probatur, fiebat quarta ratio contra Alpharabium ab Auerroe in primo comento quòd illa propoſitio continebat demonſtrationem, & definitionem, modo continens proceſſus æquiuocos, eſt æquiuo

Solutio tertiæ rationis.

Ratio probãs inſtrumentũ ſceendi eſſe purum æquiuocum.

æquiuocum, modò hæc præpoſitio continet demonſtrationem, & definitionem, quæ ſunt duo æquiuoca, ergo iſta enuntiatio eſt æquiuoca. Reſpondetur continens æquiuoca, debet eſſe æquiuocum, vera eſt præpoſitio: inſtrumentum ſciendi continet definitionem, & demonſtrationem, ego quæro, quid eſt vniuocum, eſt illud, quòd prædicatur de áliquo ſecundum nomen, & rationem illius nominis communis, vt ego, & lapis ſumus diuerſi differentia, & genere, & tamen ſumus vniuoci in ſubſtantia, & ſic ſubſtantia prædicatur de me, & de lapide. Ad propoſitum, inſtrumentum ſciendi dicimus eſſe vniuocum, & tamen continet duo æquiuoca ratione ſpeciei: & ſic continens æquiuoca, eſt æquiuocum: quandò continens eſſet ſub contento in ſpetie, ideſt in attendendo conuenientiam ſpecificam. Solutio.

Vlterius eſſet inueſtigandum quomodo poſſumus dicere rationem formalem vniuocè dictam, de definitione, & demonſtratione ad inſtrumentum ſciendi, ad propoſitum, vtrum ſit iuſtum dicere, quod illa ratio formalis, quà tractatur demonſtratio, illamet conueniat definitioni, hoc eſt obſcurum, & ſatis difficile, nam definitio alio modo habet dirigi ad inſtrumentum ſciendi, quàm demonſtratio, non ne ſunt verba Auerrois ſpecificantia modum conſiderandi, quando dicit in primo Poſteriorum de demonſtratione, vt ducit ad perfectam conceptionem, & in ſecundo Poſteriorum de definitione, vt ducit ad perfectam aſſertionem: Diximus q̄ modus conſiderandi eſt duplex, quidā vniuerſalis, quidā An iſdē modus conſiderā di in primo et ſecundo Poſt.

vero

verò particularis, modo demonſtratio, & definitio habent vniuocari in vno inſtrumento vniuerſali, ſcilicet in quantum faciunt ſcire. Alia eſt ratio formalis ſpecifica vnius, quàm alterius, & ſic dicimus quòd datur alia pars formalis particularis, ſ. in primo de demonſtratione, vt ducit ad aſſertionem, & conceptionem potentia: in ſecundo vero de definitione, vt ducit etiam ad conceptionem actu. Sed contra, tu dicis quòd eſt idem modus, ergo eſt idem modus ſpecificatiuus, et genericus.

Quomodo demōſtratio facit ſcire conceptionem. Dicamus quòd eſſe inſtrumentum ad conceptionem, bifariam poteſt conſiderari, quoddam actu, quoddam verò potentia, modo in primo Poſterıorum de demonſtratione ducente ad conceptionem in potentia; in ſecundo verò Poſteriorum de definitione ducente ad conceptionem in actu, & ſic inſtrumentum ſciendi eſt ratio vniuerſalis, ad definitionem. Secundum abſoluendum pro complemento ſubiecti, erat dictum Aue. quod ſpecificabantur omnes ſyllogiſmi per diuerſas materias.

Quomodo differentia ſumitur à forma. Dubitant Iuniores qua cauſa Auerroes dixit quod differentia ſumitur ex materia, & non à forma, vt dicit Auerroes primo de anima 53. vt forma leonis differt à forma cerui, quia anima differt ab anima; ergo differentia ſumitur à forma, & non à materia.

Solutio Bera. Longi. Reſpondet huic noſter præceptor Ioannes Berardinus longus dicens quod verum eſt, quòd formæ ſunt cauſa differentiæ, verum non forma, ut forma, ſed forma in materia, videte hoc ſecundo

Confutatio. Poſterıorum 24. vbi dicit omnes formæ non faciunt differre, niſi ſint in proprijs materijs, & ſic forma ſyllogiſtica,

ſita eſt cauſa differentiæ, non in ſe, ſed ratione materiæ: hæc opinio non eſt conſona dictis Phyloſophi, cum duplex ſit forma, aut generalis, aut ſpecifica, modò forma in materia, quæ facit differre, eſt forma generica, an ſpecifica? eſt ſpecifica, quia forma generica eſt cauſa cõuenientiæ, vt membra cerui differunt à membris leonis, non per animal, ſed per formam ſpecificam. Prætereà ſi forma eſſet cauſa diſtinctionis, ergo ſequeretur, quòd forma ſyllogiſtica de ſe eſſet cauſa ſpecificandi ſuas ſpecies, modo eſt cauſa vnitatis. Reſpondetur quòd forma ſpecificans, non eſt forma ſyllogiſtica, ſed eſt forma præmiſſarum. Prætereà ſciendum quòd duplex eſt forma, quædam particularis, quædam vniuerſalis, diſtinctio rei ſumitur à materia formæ rei particularis. Secundò ſciendum quòd Iuniores conſiderarunt materiã, vt materia, modò materia facit differre hîc, vt in forma, & ſic ſunt diuerſæ materiæ in eadem forma ſyllogiſtica, & ſic præmiſſæ, quæ ſunt materiæ, ſunt cauſæ diuiſionis, vt habẽt locum formæ, hinc bene Phyloponus vocabat præmiſſas formam, & ſyllogiſmum materiam. Tertium abſoluendum circa rem materialem, quæ apud nos erat demonſtratio, vt eſt vna ſpeties ſyllogiſmi, veruntamen de hac re materiali non habent abſolui niſi regulæ, & conditiones demonſtrandi: modo illud eſt ſubiectũ, quòd præponitur in prologo, & epilogatur in fine, ſed in prologo primi Poſteriorum habent tantum præponi conditiones, ergo illæ tractantur. Reſpondẽt Iuniores dicentes quòd conditio duplex, vniuerſalis, & particularis, mo-

Vera ſolutio.

Tertium abſoluendum.

Poſitio Iunio.

Confutatio. do hîc tractantur conditiones particulares: contra hoc illæ conditiones, quæ præponuntur ille tractantur, ſed cõditiones ſumptæ à fine, non ſunt formales, ideſt præmiſſarum veræ, & demonſtratiuæ, ergo in primo Poſte. tantũ conditio materialis habet conſiderari, & non formalis.

Propria reſponſio. Reſpondetur quòd ſubiecta artis, præponi ſtat dupliciter, vel electiuè, vel intentiuè, modo Ariſtoteles fuit coactus præponere præmiſſas à fine, quia illas ignorabamus & ſic iſtæ fuerunt præpoſitæ intentiuè, et ſunt cauſæ materiales, res verò tractata electiuè eſt ſyllogiſmus, ideſt non fit tractatio de ſyllogiſmo in primo Poſte. ſed fit electio ſyllogiſmi tractati in libro Priorum: & ſic remanet, totam demonſtrationem eſt ſubiectum in primo libro Poſteriorum. Sed quoniam poſt ſcrutationem de ſubiecto artis. ſtatim occurrit titulus libri, propterea terminata quæſtione de ſubiecto, decet agitare quæſtionem de inſcriptione libri Poſteriorum, quomodo dicatur analyticus, cum quatuor dicantur libri analytici, & diuerſam videmus inſcriptionem qua vero dicantur liber Priorum, & Poſteriorum reſtat modo conſiderare, ad quòd deſcendentes dicamus.

De titulo libri Poſter.

Terminata inquàm fuit quæſtio de ſubiecto libri primi Poſteriorum, ſuccedit modò inueſtigatio de ipſo nomine libri, ideſt de titulo, & quòd prius ſumus ſatis dubij de connexione huius præſentis quæſtionis poſt

rem

rem ſubiectam, ſcilicet quòd Auerroes in prologo, terminato ſubiecto, immediatè trāſit ad ordinem, quaſi ſupponēdo deciſionem factam de analyſi in libro Priorum. Dubiū eſt, an ſemper, an ratione aliqua debemus nos incedere à ſubiecto ad nomen libri, eſt ratio dubitandi quia ſæpe ſæpius philoſophus ſolet præponere rem ſubiectam, & ſimul, & ſemel habet tractare de ordine & de via doctrinæ, vt fecit in libro Phyſicorum, ſcilicet primo determinat ſubiectum, ſecundo viam doctrinæ. Tertiò vero ordinem, qua cauſa ergo volunt expoſitores contrarium facere ſcilicet, primo de ſubiecto, ſecundo de titulo, & tertio de via doctrinæ. Reſponſio eſt modernorum, ſcilicet Ioannis Berardini Longi capitulo de titulo dicens, quoniam cum iam de ſubiecto, mentionem fecimus, & quoniā titulus ſumitur à re tractata in primo de ſubiecto, & immediatè de nomine. Sciendum hoc dictum eſſe ambiguum, quòd titulus libri ſumatur à re tractata, atque ſciendum eſt, libros aſſequi nomina titulosquè ſtat multis modis. aliquando ab opere, ideſt à negotio prædecente, aliquandò verò ab opere ſubſequente, aliquandò à contentis in arte, aliquandò, non à contentis, ſed à modo, quo res eſt abſoluta, ſic ergo liber Priorum, ideò vocatur, Priorum ratione ſpetierum, quæ ſunt poſteriores genere, quia liber Priorum, non habito reſpectu ad librum Poſte. non poteſt dici Prio. aliquando á re præcedente, vt liber met. poſt naturalia, i. ꝙ debemus accedere ad negotiū met. poſt negotiū naturale, vocatur poſt naturale, quia ſumit nomen à præcedenti, tertiò non à re

Qua c auſa poſt: ſubiectū tractatur de titulo.

Opinio Berardini Longi. mei pracept.

Confutatio.

tractata, ſed à modo tractandi, vt in libro Poſteriorum Ariſtoteles tractat conditiones, quare reſolutorius, quia modus, ideſt à modo inueſtigādi præmiſſas, atque media, Quartò ſolet eſſe à re tractata, vt liber de cælo, de anima & de demonſtratione: iſtis ſtantibus non valet ratio, quia titulus ſumitur à re tractata. Ait Ariſtoteles 3. Rethoricorum capite de prologo mentionem facie͂s de rebus requiſitis ad præfationem, dicit duo ſunt neceſſaria ad præfationem ſpeculatiuam: ſcilicet propoſitio, vel ſubiectum, & fides, vel doctrina. Si ergo Ariſtoteles voluit ad præfationem præponere rem tractatam, duo debet præponere, ſcilicet ſubiectum, & viam doctrinæ, ſic ergo, illa res debet præſciri, quæ eſt neceſſaria ad præfatione͂, ſed res tractata, & via doctrinæ ſunt duo neceſſaria, ergo nomen non debet præponi viæ doctrinæ, via in toto negotio nomen eſt quaſi via, et fons omnis cognitionis: ſed quis dicet, quomodo vult Ariſtoteles quòd fides, & ſubiectū tantum ſunt neceſſaria ad præfationem, & non nomen, Reſpondetur quòd ars verſatur circa illa quæ faciunt ad ſcientiam libri, modo via doctrinæ, & ſubiectum, ſemper faciunt ad ſcientiam libri, nomen vero eſt præcognitio ſuperficialis, & non eſt ſic immediatior ad ſcientiam, ideò ipſam dimiſit, & ſic non neceſſario cohordinantur octo prælibanda, ſed ad librum expoſitorum, vel ſecundū ſermonis ſequelam. Agredientes præcognitionem ipſam de nomine libri Poſteriorum. Domini illud quæſitū eſt maximè dubium, in quo viri illuſtres ſunt confuſi, & varij, & hoc prouenit quia Auerroes de hoc non loquitur

Solu propria. *Duo neceſſaria ad præfationem.* *Dubitatio.* *Solutio*

in prologo primi Poſterior um, & Iuniores in hoc quæſito primò inducunt opinionem Philoponi. Nos verò incipientes ab vniuerſalioribus, incipiemus à magiſtro ipſius Philoponi, qui eſt Ammonius, qui exponens verba Porphirij, quod ſuus liber ſit vtilis ad demonſtratiuam ſcientiam, & diuiſiuam: Dixit ibi, eſſe quatuor methodos, et omnes ponunt quatuor, ſed non eaſdem: iuxta viam Platonis, ſcilicet methodus diuiſiua, compoſitiua, reſolutiua, et demõſt. et ibi dicit dari negotiũ analy. in quo docemur reſolutionẽ ſyll. in mõs, et in figurã, et pro intellectu ſciẽdum eſt, per tria abſolui negotium analyticum, ideſt tria abſoluit, prima pars eſt de forma ſyllogiſtica, ſcilicet de ſitu ſyllogizandi, in ſecunda parte dicta de inuentione medij ſcilicet datur regula, quomodo poſsimus ſyllogizare, Tertia & vltima pars eſt de reſolutione, ideſt facto ſyllogiſmo de figura, & abundantia habita. docet modo reſoluere ſyllogiſmum in proprium modum, & propriam figuram, ſic ergo doctiſsimus Ammonius, voluit librũ priorum dici reſolutiuum à reſolutione ſyllogiſmi in modo, & figura, & ſic voluit Ammonius, non fuiſſe intitulatum à primo modo, ſcilicet à compoſitiuo, non à ſecundo, ſed à tertio, dicitur reſolutiuus, ſed qua cauſa à tertio modo dicit quoniam eſt magis artificiale, quia datur multi qui componunt, & non reſoluunt, & ſic tanquàm à magis artificiale requiſito voluit librum priorum dici reſolutiuum: Clarius huic dubio reſpondetur qua de cauſa de reſolutione, quia nullus philoſophus ante Ariſtotelem inuenit reſolutionem ſyllogiſmorum in figuras, &

Opinio Ammonij.

Propria additio pro Ammonio.

& modos, ideo tanquam a re peculiari voluit librum priorum dici de reſolutione, hoc eſt Auer. & Ariſt. ſecundo elencho, in fine, ſcilicet quòd nemo inuenit reſolutionem niſi Ariſtoteles. Habita opinione Ammonij. Succedit Alexander in præfatione libri Priorum, & duplicem inueſtigauit cauſam de titulo librorum analyticorum, alteram aſſumens à preceptore, ſcilicet à reſolutione facta ſyllogiſmi in figuras, quæ reſolutio eſt quaſi deductio dicit Alexander: Secundo immaginatur nouum reſponſum, & dicit quòd liber priorum docet reſoluere ſecundam, & tertiam figuram in primam ſcilicet imperfectos, ad perfectos reducere ſyllogiſmos, hæc reductio eſt reſolutio, quia de ratione reſolutionis, eſt deuenire ad vltimam cauſam, modò ſecunda, & tertia figura habent reſolui ad primam, & prima non ad aliam, ideò ab hac reſolutione, dicitur liber priorum reſolutorius. Tertia eſt opinio Græcorum, ſcilicet Philoponi dicit enim ipſe quid eſt reſolutio, dicit regreſſus poſterioris ad præcedentem cauſam, & hæc eſt duplex, vt illa quæ eſt dicta geometrica, & eſt reſolutio incedens quidem à quaſi to compoſito, ad cauſam immediatam: Alia eſt reſolutio quæ eſt phyſica, vt corpus naturale reſoluitur in quatuor elemẽta. Tertia eſt reſolutio in quantũ in lib. Prio. docemur reſoluere ſyllogi. in proprias ſpecies, et in tantũ hic liber dicitur reſolutorius, et ſic volunt dici de mente Philo. ab vna reſolutione dici reſolutoriũ, et quia hæc opinio habet cũ magno vituperio à Iunior. damnari, videbimus Philop et Iunio. et quis nam magis attingerit veri

Opinio Ale.

Opinio Phyl. iuxta modernos.

tatem. Dicunt ergò Iunio de mente Philop. quod datur quædam reſolutio generis, et ſyllog. in ſuas ſpeties, & ab hac reſolutione, dicuntur reſolutorij liber Prio. & Poſt. Iuniores, & inter alios Ioannes Berardinus longus hîc inducit tres rationes Iuniorum alteram additam. In primis hæc opinio Philoponi eſt obſcura, & imperita, ſcitum eſt apud logicos, quòd genus non habet reſolui, ſed diuidi in speties, & differentias, cum ergò de mente Philoponi genus habet reſolui in ſpeties, hæc reſolutio dicunt iſti dicitur diuiſio, & ſic libri dicerentur diuiſiui. Secundo arguit Hyeronimus, & aſſumit ab Aueroe primo Poſteriorum 93. quòd duplex eſt reſolutio, ſcilicet, vera, & non vera, reſolutio vera eſt illa, quæ habet reſoluere effectus in cauſas componentes, vt corpus reſoluitur in quatuor elementa, & ideo vocatur vera, quia de ratione veri, eſt quòd ſicut eſt in mente, ſic ſit extra mentem. Alia eſt reſolutio non vera, & eſt viceuerſa, vt quoties reſoluimus cauſas in effectus, ideſt eſt illa quæ reſoluit prius in poſterius. Iſtis ſtantibus, venit opinio Philoponi, aut reſolutio illa qua iſti libri dicuntur reſolutiui, eſt reſolutio vera, aut non vera, ſed reſolutio generis, non eſt altera iſtarum, ergo male dicit Philoponus quòd non ſit vera probatur, quia reſolutio vera eſt reſoluere poſterius in prius, modo reſolutio generis eſt prioris in poſterius, nec eſt nō vera, quia Philo. non intendit dici analyticum reſolutione nō vera, mō Aue. voluit dici reſolutiuū à reſolutione vera, ergo opinio Philo. non poteſt ſtare. Tertiò arguit Hyeroni.

Cōfutatio opinionis philo. à iunioribus.

prima ratio

ſecunda ratio

Tertia ratio

ſi hoc eſſet verum, ratione qua Ariſt. abſoluit ſyllogimum in ſpecies, ſequeretur quòd omnes libri dicerentur reſolutiui, quia quelibet ars habet diſſoluere totum in ſpecies, ergo omnes artes dicerentur reſolutoriæ. Sed dominus Berardinus addit ſupra iſtas alias, & ait poſſet dici pro Philopono quod hæc reſolutio eſt non vera, quia reſolutio non vera, eſt illa, quæ reſoluit cauſas in effectus, modo diſſolutio prioris in poſterius, dicitur reſolutio non vera. Reflectit hoc, et dicit, ne hoc poteſt dici, quia vult Auerroes dici reſolutiuum, à reſolutione, quæ eſt contraria compoſitioni naturæ, modo compoſitio naturæ tendit à ſimplici ad compoſitum, modo hæc reſolutio debet tendere ab effectu ad ſimplices cauſas, ergo opinio Philoponi non poteſt ſubſtineri. Sed poſſet dici pro Philopono quòd ſyllogiſmus debet reſolui in ſpecies, ideſt in pramiſſas figuras, & modos, dicit contra quia ſequeretur quod libri Topici, & Elenchi dicerentur etiã reſolutorij, quia ſi do reſolutionem vniuerſalem in libro Priorum, ſequeretur quod omnes ſyllogiſmi Topici, & Elenchi erunt reſolutorij, quòd eſt falſum. Hæc itaque dixere contra philoponum: ſed ego quãdo eram diſcipulus, ſolebam reſpondere primo dubio, quòd non eſt malũ dictum, ſyllogismum resolui, quia resolutio sumitur aliquando ex ſecundo met. ſecundo, pro diuiſione, modo hic liber habet reſolui, ideſt diuidi, ſed altius perſcrutando eſt ſciendum de mente Philoponi in libro priorum tractari omnes ſpeties syllogismi, & non alibi, pro intellectu ſciendum, quòd hanc rem explicabat Auerroes primo prio-

Quarta ratio addita à Berardino longo

Quinta ratio addita ab eo.

Opinio in fauorem Philo.

Declaratio opinionis Philoponi.

Primo.

Priorum capitulo primo, aliquando ſpecies pro figura, vbi dicit hic de ſyllogiſmo, & de omni ſua ſpetie, quæ ſpeties ſunt triginta ſex, vnde ſumitur ſpeties pro modo, & ſic abſoluuntur, in libro Priorum omnes ſpeties, ideſt omnes modi, & ſic modos intelligimus per ſpeties, & ſic ſyllogiſmus habet reſolui in ſpeties, ideſt in figurarum modos, quòd per ſpeties nihil intelligat niſi figuram vel modum, vide ipſum primo Priorum primo: ſed quis dicet ergo omnes libri eſſent reſolutorij, hoc nõ eſt verum, quia nullibi docemur tertium ſectum, ſcilicet reſolui ſyllogiſmnm in ſpeties, niſi in libro Priorum, quæ generica reſolutio eſt cohartabilis in omni ſpetie ſyllogiſmorum: ergò dum dicebat Philoponus libros dici analyticos à reſolutione ſyllogiſmorum in ſpeties, non intelligatur in quinque ſpeties, ſed in omnes ſpeties figurales, ſeu modales: Secundò opinio Philoponi nunquàm fuit intellecta à modernis, non nè voluit Philoponus ambos libros dici reſolutorios, ab vna reſolutione? hoc non eſt verum, quia Philoponus voluit plures eſſe reſolutiones: vna à qua liber Priorum dicitur reſolutorius: Secunda à qua primus Poſteriorum. Unde Philoponus ſecundo Poſterio. primo dicit vtrum ne eſt eadem reſolutio libri Priorum, & Poſteriorum? dicit non, quia reſolutio libri Priorũ, eſt reſolutio ſyllogiſmi in modos, iſta verò reſolutio poſterioriſtica eſt demonſtratio quia, & ſic eſt opinio Philo. quia liber primus Poſteriorum dicitur reſolutiuus, inquàntum docet præmiſſas, & quia præmiſſæ habent cauſam, & hæc cauſa non poteſt eligi, ideo oportet reſolui,

Secundo

Utrum ſit eadem reſolutio libri priorũ, & poſterior

modo hac reſolutio, inquantùm eſt ab effectu ad cauſam eſt demonſtratio quia, & ſic ab hac reſolutione liber primus poſteriorum eſt dictus reſolutiuus, & ſic non eſt vna reſolutio de mente Philoponi, vt male Iuniores putauerunt, Immo Philoponus voluit ab hac reſolutione Poſteriorum librum Priorum dici reſolutiuum, tanquàm directum ad librum Poſteriorum: hoc eſt ipſius Philoponi primo Poſte. 156. non autem vult Philoponus quòd liber Poſteriorum dicatur reſolutorius, à reſolutione libri Priorum, vt volunt Iuniores.

Solutio primæ rõnis Iuniorũ contra Philo.

Sed reſpondetur modò ad rõnes contra ipſum Philo & ad primã quõ dicunt iſti, ſi opinio Phil. eſſet vera, ſequeretur ꝙ oẽs libri dicerentur diuiſiui, cõcedo q̃ñ eſſent ſpecies, modò nos habemus reſoluere ſyllogiſ. in ſpecies, i. in modos, ſ. in barbara, celarent.

Solutio ſecundæ rationis.

Ad ſecundũ dicet ille, aut eſt reſolutio vera aut nõ vera dicimus ꝙ eſt vera, ſed dicet ille cõtra, quia illa eſt reſolutio vera, quæ reſoluit poſterius in prius, ſcitis ex mente Phil. ꝙ qui inuenit reſoluit, & ſic reſolutio, eſt quodã poſterius, & ſic reſolutio prioriſtica eſt poſterior, ſ. inuentione, et abũdãtia medij, quæ hñt præcedere reſolutionẽ, itẽ eſt motus à poſteriori ad prius, ideſt concluſione ad præmiſſas.

Solutio tertiæ rationis.

Ad tertiam rationem dicunt iſti, ſi opinio Philoponi eſſet vera, ſequeretur, quòd omnes artes eſſent reſolutoriæ, quia omnes artes habent reſoluere ſubiectum, Nos non ſumus in hoc, ſed in reſolutione in modos, & figuras:

Dubitatio.

Dicet ille à pari, liber Elenchorum, & Topicorum eſſent analytici, quia habent reſoluere in figuras;

Solutio.

dicamus quòd omnes ſyllogiſmi ſpecifici habent

bent guadere figura ſyllogiſtica, modò nos dubitamus de reſolutione ſpecifica, licet omnes ſint reſolutiui genericè, minimè tamen ſpecificè, genericè, ideſt in vniuerſali ſpecificè verò, ideſt in particulari, quia per loca procedit liber Topicorum, & Elenchorum. Solutis ergo Iuniorum rationibus contra Philoponum, reſtat modò videre opinionem conciliatoris; atque Marci Antonij zimare; ſed pro contraria opinione, eſt ſciendum, quòd duplex eſt reſolutio, quædam ante factionem ſyllogiſmi, ſcilicet, poſita concluſione, diſſoluere quæſitum, & hæc reſolutio vocatur inuentio medij, quædam verò reſolutio, eſt poſt ſyllogiſmum, ſcilicet facto ſyllogiſmo diſſoluere ipſum in talem, atque talem figuram, Philoponus voluit librum Priorum dici reſolutorium, à reſolutione poſt ſyllogiſmum, librum verò Poſteriorum dici reſolutorium, à reſolutione per inuentionem medij, & demonſtrationis, quæ eſt mediante effectu, hæc inuentio medij, eſt demonſtratio quia, ergo ab hac reſolutione, liber primus Poſteriorum dicitur reſolutorius. Verum tamen cum hoc dicit Philoponus quòd hæc reſolutio ante vſum demonſtrãdi eſt reſolutio ad medium, quod eſt cauſa, hæc cauſa eſt nobis ignota, oportet ipſam inueſtigare, ſed quoniam adhuc dictum Philoponum de nomine primi Poſte. taxatur à Iunioribus preter eorum intentum nã dum inuehuntur, in conciliatorem, negant demonſt. quia poſſe eſſe reſolutionẽ: ideò ad conciliatorẽ deueniamus. Cõciliator qui voluit demõſt. quia poſſe eſſe reſolutionẽ, et ꝓ cõciliatoris opĩonis intellectu ſciẽdũ ꝙ reſolut. eſt

Opinio cõciliatoris, conformis opinioni Philop.

proceſſus à fine ad media, verbi gratia volo conſequi ſanitatem in egro, non poſſum conſequi hunc finem, niſi mediante medio & quia vult conciliator, quòd intentio finalis vltima in reſolutione, eſt cauſa, inueſtigo cauſam vltimam, hæc inueſtigatio eſt perfecta, & ſic procedere ab effectu, eſt demonſtratio quia, atque reſolutio. Vtrum

Cõfutatio Iunioribus.

opinio conciliatoris ſit vera. Damnant maximè Iuniores, atque multa aſtruunt argumenta, nos autem immediatè ducemus quatuor eorum rationes, & poſtea ipſas ſoluemus.

Prima ratio.

Primò dicunt, contrà reſolutio 93. primi Poſt. eſt ad præmiſſas, ergo nõ demonſtratio, probo quia reſolutio eſt ad præmiſſas, demonſtratio, verò eſt, ad quæſitum, quòd reſolutio ſit ad præmiſſas, probatur ex Ariſt. & Auer. 93. com. allegato, dicit facilior eſt reſolutio mathematica quàm topica, quia habet medium facillimè inuentionis, reſolutio verò topica eſt difficilior, quia habet plura media, modò omnis demonſtratio in genere ad concluſionem eſt: demonſtratio quia ergò nec erit reſolutio.

Secunda rat.

Secundò arguunt ex 7. met. 23. & aiunt eſſe fortius argumentum, motum intentionis præcedit motum factionis: & hæc eſt differentia inter agẽtia naturalia, & agentia ex mente: modò motus intentionis, non eſt idem cum motu factionis, ſed reſolutio eſt motus intentionis, quia in intentione, primo inueſtigo media, demonſtratio vero eſt motus factionis, ergo reſolutio non eſt demonſtratio quia.

Tertia ratio.

Demum arguunt: reſolutio ex Auer. quæſito quarto Poſteriorum, à qua liber Poſteriorum dicatur, dicit eſt illa analyſis, quæ eſt ad me-

ad medi um,& à medio inuento poſſum demonſtrare,re
ſolutio,quæ eſt ad medium,eſt notior,quia omne medium
eſt notum,ſcilicet, aut nobis, aut naturæ, ſed reſolutio
poſterioriſtica,eſt ad mediũ,ergo eſt ad nota,ipſa verò de
monſtratio eſt ad ignota,ergo reſolutio, non eſt demõſtr.
Præterea primo Poſterio. tres ſunt ſpeties demonſtratio- *Quarta rat.*
nis,ſcilicet ſimpliciter,quia, & propter quid, reſolutio
eſt neutra iſtarum,ergo reſolutio non eſt demonſtratio.
Immo Ariſtoteles eſſet falſus narrando demonſtratio-
nem in genere,nunquam mentionem fecit de reſolutione
ergo reſolutio,non eſt demonſtratio. Quæ eſt opinio conci
liatoris,atque Philoponi loco dicto, & eſt Auerroes, & *Corroboratio*
Ariſtot. quòd reſolutio poſsit eſſe demonſtratio, primo *in fauorẽ Phi*
Poſteriorum 14. *medium demonſtrationis ſimpliciter,* *loponi.*
debet eſſe notum nobis,& naturæ,hoc medium,ideſt hæc *Prima ratio.*
principia ſunt plura,quædam ſunt dignitates,quædam *ex Ariſtot.*
vero quæſita,alibi,& demonſtrata, & dicuntur poſitio- *& Auer.*
nes,& hæc eſt differentia,inter poſitionem,& dignitatẽ,
ſi ergò habemus,quòd præmiſſæ demonſtratiuæ demon-
ſtrantur,ergo habemus,quòd principia, & præmiſſæ de
monſtrantur,& ſic oportet præmiſſas eſſe concluſas, &
poſtea facis demonſtrationem, iſtæ præmiſſæ ſunt me-
dium,& ſunt demonſtratæ,ergo datur reſolutio,quæ eſt
demõſtra. quia ſi effectu sũt ſcitæ. Præterea ſi reſolutio
non eſſet demonſtratio quia, non daretur regreſſus,quia *Secunda rat.*
regreſſus,eſt poſt proceſſum ab effectu,ad cauſam. Unde
cauſa demonſtrata inueſtigatur, & eſt quæſitum, &
eſt medium, inquantum eſt cauſa quæſita rei quæſitæ

na

naturaliter ignotæ eſt demonſtratio quia, inquantum verò illa eadem cauſa eſt inuenta & facta medium eſt reſolutio, & ſic opinio Philoponi eſt vera: hanc eandem opinionem induxit Euſtratius ſecundo Poſteriorum comento primo, qui redendo aliam reſolutionem primi, & ſecundi libri, Innuit hoc, & pro inueſtigatione eſt ſciendum, quòd quando volo demonſtrare habeo duplicem reſolutionem, quædam eſt reſolutio ante vſum demonſtrandi, quædam verò poſt vſum demonſtrandi, reſolutio ante vſum, eſt ad medium, hoc medium debet eſſe cauſa, & quia nos ſpetiem demonſtrationis ſimpliciter non poſſimus inueſtigare niſi per cauſam, hæc cauſa eſt innotificabilis, niſi per effectum, quæ eſt demonſtratio quia, ergo tendimus ad cauſam per effectum, et eſt reſolutio, & ab hac reſolutione, iſte liber ſumpſit nomem, ergo opinio iſta eſt Ariſtotelis, Auerrois, Concili. Euſtratij, & Philoponi. Sed reſpondetur modo ad rationes adductas contra talem opinionem, quantum ergò ad primã dicimus, quòd ſtat multum bene, eandem rem eſſe præmiſſam, & quæſitum ex Aue. primo Poſteriorum 13. & ex Ariſtotele 14. vbi aſſerit poſitionem eſſe alibi conclusionem, iſtis ſic ſtantibus dicimus quòd ipſa demonſtratio quia, de mente Philoponi inquantùm à Poſteriori, vadit ad prius ad quæſitum ignotum naturaliter dicitur demonſtratio, inquantùm autem vadit ad illud, vt aſſumat, & pro medio ponat, dicitur fieri reſolutionẽ ad præmiſſam, & eſt reſolutio, ſcilicet inquantùm vadit ad rem ſtatuendam pro medio vt propoſitione vera.

Opinio Euſtratij conformis opinioni Philoponi.

Solutio primæ rationis.

Ad

Solutio ſecundæ rationis.

Ad ſecundum dicimus, quando dicunt motus intentionis præcedit motum factionis : dicimus primò ꝙ omnis ſyllogiſmus, & eius ſpecies habẽt hos duos motus, ſcilicet intentionis, atq; factionis, per conſequens demonſtratio quia, habebit reſolutionem, quæ eſt ad ſuum medium, & ſuas præmiſſas, reſpectu cuius ſuæ reſolutionis vocatur motus factionis, reſpectu autem quo ipſamet demonſtratio eſt inquiſitiua, atque inueſtigatiua medij alterius factionis, ideſt demonſtrationis habentis medium cauſã dicitur motus intentionis, & non factionis, reſpectu fiendæ demonſtrationis. Dicimus ergò ad propoſitum, demonſtrationem quia eſſe motum factionis, & motum intentionis eſſe motũ factionis, reſpectu ſuæ reſolutionis ſuarum præmiſſarum, quæ dicitur motus præcedẽs ipſam, dicitur aũt motus intentionis, reſpectu alterius, i. demonſtrationis cauſæ, quæ fit poſtquam habuit cauſam, ideſt medium notificatum.

Solutio tertiæ rationis.

Reſpondetur etiam ad illud, quòd analyſis eſt ad medium, dicimus ꝙ hîc proceſſus ad medium, quod eſt cauſa, inquãtùm eſt à poſteriori ad cauſã ignotam naturaliter, eſt demonſtratio, non habendo oculum ad talem cauſam, quæ ſit medium: inquantùm autem eſt inuentio cauſæ apponibilis pro medio, eſt reſolutio ex noſtro primo annotando, idem eſſe reſolutionem demonſtrationemquè in hoc.

Solutio quartæ rationis.

Reſpondetur modò ad vltimum, videlicet inquantùm Philop. conſiderauit in primo Poſt. demonſtrationem, vt eſt directa ad quæſitum, vt quæſitũ, & non ad aliud, vt conſtituat medium in alia demonſt. Propterea tres tantũ notauit demonſtrationes

non nominando resolutionem, quæ poteſt altera trium eſſe, quia non conſiderat demonſtrationes, ad conſtituenda media, ſed tantum vt ſunt ad res ignotas quæſitasquè & ſic nulla eſt ratio contra Philoponum. Dices contrà, nã demõſtratio eſt conſiderata, vt tendit ad quæſitũ vtquè eſt futurum medium in propter quid, dicas ſimiliter ſi quæritur vt ad quæſita, eſſe demonſtrationes, & hoc modo hic Philosophus, ſi ad medium dicas resolutiones.

Opinio Turi.

Erat altera opinio contraria iſti opinioni, eſtquè Thurisani dicentis, quòd ipsa resolutio ſit quidam proceſſus, à priori ad poſterius, pro quorum opinione, ſimiliter ſciendum,

Opinio Zimaræ quòd duplex eſt resolutio.

vt recitat Zimara theore. 60. quòd duplex eſt resolutio, altera artis, altera naturæ, resolutio naturæ eſt compoſiti in componentia, vt elementati in elementa, datur, & altera resolutio artificialis, quæ non eſt naturalis, ſed eſt ad modum naturæ, altera resolutio rationis, quæ fit ab intellectu, & hæc bipartitur; altera eſt ſpeculatiua, altera vero practica, quia non ſolũ practici, ſed etiam ſpeculatiui habent eorum finem resoluere, verum ſi eſt resolutio ſpeculatiua, eſt resolutio rationis, ſcilicet à priori ad poſterius, ideſt à causa ad effectum, ſed dicis tu ẽẽ demõſtrationẽ propter quid incedentem à causa ad effectum: dicit etiam Zimara, resolutionem, qua vtuntur practici, eſſe à poſteriori ad prius, ideſt ab effectu ad causam, ideſt demonſtratione quia, vide ſuas rõnes melius in prologo, Ber. Longi, noſtri præceptoris &

Prima ratio zimaræ.

multis rationibus hoc probat, ſcilicet opinionem ſuam eſſe veram: primò habet inducere

Tbe.

Themiſt. in primo Poſteriorum 17. reſolutio eſt à quaſi toto ad præmiſſas, & è contrà, ergò apparet de mente Themiſt. quòd reſolutio ſit à priori ad poſterius, inquantum tractat de demonſtratione, quæ procedit iſto modo ſcilicet à priori ad poſterius: opinio hæc eſt zima. Tertia ratio ipſius zima. ſecundo metap. x1. eſt dari prius & poſterius, remoto; & poſito priori, habet deperdi diſſolutio, quia dicit, diſſolutio eſt à cauſa ad effectum, ſed nos remouendo effectum, deperdimus reſolutionem, & hoc confirmat ex primo Poſteriorum 94. quòd duplex eſt reſolutio, ſcilicet mathema. & Top. reſolutio mathe eſt facilior, quia habet pauciora media, & eſt nobilior, quia eſt per cauſam, ſignum eſt quòd hæc reſolutio eſt à priori, quia ſpectat ad mathe. addit ipſe zim. mathe. demonſtrat per demonſtrationem ſimpliciter, & per eundem Ariſtote. mathe. habet reſoluere per cauſam, ergò ſemper progreſſus mathematicus eſt à cauſa, ad effectum, ergo ſequitur, quòd eius progreſſus eſt reſolutorius à priori ad poſterius, innuit, & alium dictum zima. ſcilicet quòd reſolutio practica, ſit à poſteriori ad prius, & confirmat ex ſeptimo met. 17. dicit medicus vult inueſtegare ſanitatem ipſi ægroto non poteſt inueſtigare ſanitatem, niſi primo detur medela, non poteſt propinari medela niſi dentur ſyrupi, non poſſunt tradi ſyrupi, niſi primò euacuantur humores, non poſſunt euacuari humores, niſi primò flobotometur, non poteſt flobotomari, niſi primò incidatur vena, & ſic ex hoc vltimò fine cognito, via reſolutiua incipimus, poſtea via com-

Prima ratio zimaræ

Tertia ratio zimaræ.

Confirmatio.

Reſolutio practica eſſe à poſteriori ad prius de mente zima.

compoſititiua agitare, & ſic dicit zima. ꝙ reſolutio practica ſit à poſteriori ad prius. Hæc opinio pulchrè reprobatur à domino Hyero. hoc modo, hæc reſolutio qua vis iſtum librum dici talem, aut eſt reſolutio vera, aut non vera, non dicendum non vera, ergo vera, ſed vera reſolutio eſt contraria compoſitioni naturæ, ergo debet eſſe à poſteriori ad prius, non autem è contrà. Ego concurro contra zim. cum opinione domini Hyeronimi, ſed dicet quis vtrùm zim. habet aliquam bonam intentionem, i. vtrùm poſſit ſuſtineri ſua opinio, ſcilicet ꝙ reſolutio ſit demonſtratio quia, vel propter quid, licet non, ſecundũ ſuam opinionem. Pro ſua defenſione ſciendum, ꝙ duplex eſt reſolutio, quædam ante vſum ſyllogiſmi, quædã vero poſt vſum ſyllogiſmi, reſolutio ante vſum ſyllogiſmi, eſt inuentio medij, quæ inuentio, ſi eſt ad naturaliter ignota, eſt demonſtratio, ſi modò incedo à poſteriori ad prius, eſt demonſtratio quia; ſed dicimus per duo fundamenta. Primo quòd hæc reſolutio à Poſteriori ad prius ſit reſolutio ad ignotum naturaliter. Secundo ſupponimus aliud ex Aue. 3. quæſito Poſteriorum, et primo Poſteriorum xi. quod eſt demonſtrare vnam cauſam per aliam habentes inuicem cauſalitatem, vt demonſtrare efficientem, per finem dicimus ergo, ſi volo inuenire cauſam finalem alicuius quæſiti, hæc eſt ignota, & habet inueſtigari duplici via, aut à ſuo effectu, aut à ſua cauſa, poſito quòd demonſtro finem per efficientẽ hoc eſt clarum, modo efficiens eſt cauſa finis, ſicut effectus, alio modo hic finis inquantum mouet agentem: eſt

Confutatio per dominũ Hyer. Baldu.

Defenſio opinionis zim. deducendo ad bonum ſenſum.

Primũ ſuppoſitũ per quod defenditur zima. ſecundum ſuppoſitum.

Demonſtratio quia, & propter quid dicũtur reſolutiones.

Nota

finis agentis, vt medicus ſanitatem intelligat, ſanitas modo, vt finis cauſat, vt verò eſt effectus cauſatur, modo intendo inueſtigare medium, vt cauſam, vel à Poſteriori, vel à Priori, ſi à priori, eſt demonſtratio propter quid, vt ſcio hanc cauſam finalem via cauſæ, ſcilicet ſcire cauſam per aliam, ſcilicet ſcire cauſam finalem per efficiẽtem: modo quoties vado ab efficiẽti ad finem, ideſt à cauſa ad cauſam demonſtramus propter quid, & ſic eſt progreſſus à priori, ad poſterius, non vt finis, ſed vt effectus, inquantùm modò habet ſcire finem pro inuentione medij, eſt reſolutio & ſic poteſt ſubſtentari opinio zim. quod reſolutio ſit demonſtratio propter quid. ſcilicet inquantum poſsimus quærere cauſam dependentem, ab alia cauſa vt effectum. Opinio hæc eſt Ariſto. primo Poſteriorũ 76. dicit methaphyſica eſt domina ſcientiarum, quia tradit cauſas cauſarum, ideſt habet probare cauſas per vlteriores cauſas, ergo methaphy. tradit principia media, per quæ media tendit ad alias cauſas habentes locum effectus, & ſic methaphy. habet tradere propter quid cauſæ per aliam cauſam, hoc propter quid non eſt ſcibile niſi per cauſam, eſt ergò progreſſus à cauſa ad cauſam, vt ad cauſam quæſitum ignotum, eſt demonſtratio propter quid, vt vadit ad illam, vt dependentem, & Poſteriorem, ideſt vt ad effectum, vt progreſſus à priori ad poſterius, & inquantum vadit ad rem conſtituendam pro medio, dicitur reſolutio ad cauſam, quæ eſt medium, & eſt poſterior altera

Corroboratio ex Ariſ.

quia vt cauſa eſt prior natura licet in mente præcedat, & cauſet vt erit in re, non ne demonſtramus cauſam formalem per finalem, ſcilicet incedo à fine ad formam, & demonſtro formam per finem, vt volo demonſtrare paſſionem per formam, hæc eſt ignota, quomodo ergó ipsã inueſtigabo duplici via, aut ab alio effectu, aut ab alia cauſa, ver. gratia demõſtro riſibile põt eſſe, quòd ſcio per rationale, aut à fine, ſcilicet à felicitate, aut à diſciplinabili, & ſic demonſtro formam per finem, & nota ꝙ hìc

Validiſſima cõfirmatio dicens ſimpliciter ſimplicem demonſtrationem eſſe reſolubilem incedentẽ à priori ſimpliciter ad ſimpliciter compoſitam.

ſumit formam pro effectu, hoc eſt ipſius Ar. 2. Poſt. 45. 39. Clarius habemus quòd duplex eſt demonſtratio, ſcilicet altera ſimpliciter ſimplex: altera verò ſimpliciter compoſita, ſimpliciter ſimplex eſt illa, quæ habet ſua principia inreſolubilia, demonſtratio verò ſimpliciter compoſita eſt illa, quæ habet principia concluſa alibi, quæ demonſtratio compoſita pendet ex ſimplici, hæ duæ demonſtrationes habent duplicem reſolutionem: modò quandò venis ad inuentionem medij demonſtratione ſimplici, eſt demonſtratio ſimpliciter, & ſic datur demonſtratio ſimpliciter incedens a priori ad poſterius, & eſt reſolutio. Magis clarè Auerroes primo Poſteriorum

Confirmatio ſecunda ex Ar 156. pri. Poſte.

156 ſicut demonſtratio ſimpliciter procedit á ſimplici demonſtratione, ſic medium etiam dependet ex ſimplici medio, quòd mathematicus ſemper demonſtrabat ſimpliciter. hoc eſt contra Euclidem in prologo pagina 17. dicit quòd matema. demonſtrat à poſteriori, & vtitur topica ratione, ſed quomodò ab effectu ad cauſam, cum effectus ſit motus per ſenſum? dicamus non ab effectu, vt ſen

Aduerſio cõtra Zimar.

ſato

ſato primo Poſteriorum 103. *ſed vt eſt vniuerſale: & hæc dicta ſunt pro 2m. poſitione, ſuæ autem rationes ſunt bene ſolutæ à Iunioribus. Succedit modò opinio medicorum: an Galenus dixerit aliquando atque olfecerit hanc phyloſophi reſolutionem. cauſa dubitandi eſt, quòd Galenus ſecundo comento primi artis med. dicit doctrina reſolutiua antecedit, atque eſt prior doctrina definitiua: dubium currit accipiendo diffinitiuam pro inſtrumento. Propterea ſciendum pro Galeni ſententia aſſerit Galenus in primo textu quòd tres ſunt ſcientiæ ordinatæ, ſcilicet reſolutiua, compoſitiua et diffinitiua:* *Quomodo medium notum propter vniuerſa. vide in quæſito noſtro in ſolutione octaui dubij.* *Dubitatio in dictis Galeni*

Pro intellectu ſciendum, quòd doctrina quatuor modis poteſt ſumi, & ſcientia, & cognitio aut pro habitu animæ, ideſt pro ſcientia acquiſita, & hoc modo doctrina eſt habitus intellectus & habet diuidi in ſcientiam, ſapiētiam prudentiam, & alio et, ſecundo poteſt conſiderari doctrina, pro exercitio pendente, & eſt exercitium doctoris extra diſcipulum, & hoc modo conſiderauit Ariſtoteles primo Poſteriorum primo, quando dixit omnis doctrina, & omnis diſciplina, ex preuia fit cognitione. Tertio modo ſumitur doctrina pro medio docendi, ideſt pro methodo, & hoc modo bene dicunt Græci, quod quatuor ſunt methodi ſcilicet compoſitiua, definitiua, demonſtratiua, & reſolutiua, aut demas compoſitiuam, & ponas diuiſiuam, & hæc eſt inter Græcos, & hoc tertio modo vocatur ſcientia facultas organorum. Quarto modo ſumitur doctrina, non pro habitu, non pro inſtrumento, non pro exercitio, ſed pro ordine ſeruato, in docendo res *Quatuor modis ſumitur doctrina primo modo.* *Secūdo ſumitur.* *Tertio.* *Quarto.*

in

in arte, vt artifex, aut habet docere ordine compoſitiuo vt in libro perihermenias idemq́ ordo fuit ſeruatus in libro Priorum, ſcilicet tractando primo de propoſitionibus, & de termino, & de ſyllogiſmo tanquàm primis elementis. Alter eſt ordo definitiuus, hic forſan ordo poſſet accommodari philoſopho, ſcilicet quòd artifex debet præponere definitionem vniuerſalem amplectentem omnia artis, & poſtea hanc diuidere, vſque ad minimâs partes, & ſic iſte eſt ordo diffinitiuus vt in libro tenghi hocmet dicitur de demonſtratione, & poſtea fuit facta diuiſio ſpetierum eius: poteſt etiam dari doctrina facta à præceptore, & nos illam docemur mediante ordine reſolutiuo, ideſt quòd artifex incipit præponere finem ipſumq́ diſſoluere in media, & media vſque ad vltima media: hanc doctrinam dicebat Galenus fieri ex finis notione, medicina enim ipſa nunquam fuit tractata ordine reſolutiuo, niſi à Caleno, alij verò tractauerunt de ipſa via compoſitiua, vel diuiſiua, vel demonſtratiua; ſed nunquam via reſolutiua: cum ergò Galenus mentionē facit de via reſolutiua, vtrum Philoſophus de iſta hic dicat, dicamus non, quia Galenus dicebat omnis doctrina triplici via, et ordine aſsignatur, modò nos nõ inſiſtimus ordini, ſed inſtrumento, ſcilicet quomodo vocatur reſolutiuus, ſic ergò Calenus dum vocabat doctrinam reſolutiuam eſſe nobiliorem definitione, non aſſumpſit inſtrumentum ad inſtrumentum: ſed in ordine doctrinæ, quia doctrina reſolutiua incipit à fine, qui finis eſt nobilior

bilior, & ſic nunquam venit ad doctrinam reſolutiuam, ideſt ad illam analyſim, à qua liber Priorum, & Poſteriorum dicuntur reſolutiui. Succedit modò opinio Iuniorum, ſcilicet Domini Hyeronimi eiuſquè ſequatium, atque pro huius opinionis intellectu eſt ſciendum, quòd doctrina reſolutiua dicitur duobus modis, aut ab ordine reſolutiuo obſeruato in arte, aut à medio inueſtigato, vt ab inſtrumento. Clarius dicunt, & non dicuntur reſolutorij, à ſcientia rerum ordine reſolutiuo inuentarum, ſed dicuntur reſolutorij à fine, qui finis eſt ſcientia & ſic iſte liber eſt reſolutorius à ſcientia, quæ eſt inueſtigata propter medium ſimpliciter cauſam eſſendi, & ſic a fine per medium acquiſibile dicitur iſte liber reſolutiuus. Seccundò addunt aliud, & dicunt, quòd hæc reſolutio quæ ſumitur a fine, eſt illa quæ eſt applicabilis demonſtrationi ſimpliciter, dicunt iſti, & aliud quòd hac reſolutione non poßunt vti ſcientiæ practicæ, ſed tantùm ſcientiæ ſpeculatiuæ, quoniam cum hæc reſolutio, non ſit niſi ſolum applicabilis demonſtrationi ſimpliciter, & illa non poſſunt vti ſcientiæ practicæ, ergò tantùm iſta reſolutio erit in ſpeculatiuis, & ſic dicunt iſtam reſolutionem, a medio inueſtigatam competere tantùm huic librò. Hæc opinio eſt ſuſpecta, atque minimè arridet. Primò quia volunt hunc librum dici talem a fine inſtrumenti, cuius oppoſitum non eſt dictum a fine, ſed a reſolutione obſeruata, quæ eſt inſtrumentum, & ſic liber Poſteriorum Opinio Iunt. Confutio. Prima ratio Secunda rat.

non

non eſt dictus reſolutiuus à fine. Præterea dicunt quòd eſt reſolutiuus à ſcientia, à pari ſcientia mathematica, et methaphyſica, & phyſica ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ, & habent medium quod ſcitur demonſtratione, ſi demonſtratione ergo reſolutione, ſi reſolutione, ergo vocantur

Tertia ratio

doctrinæ reſolutiuæ. Tertiò aſſerunt quòd hæc reſolutio à qua dicũtur iſti libri reſolutiui eſt à fine, ergo ipſa sciẽtia logica non aſſumeret resolutionem à re organica, sed à fine rei organicæ, modo hic finis non eſt poſſibilis, quo poſſimus aſſequi illum, in propria arte logica, ergo impoſſibile eſt ab illo sumi denominationem, & ideò habito fine ceſſat motus, & omnis quæſtio, modo in logica non habemus finem, sed docemur inſtrumẽta ad finem:

Quarta ratio

Uide supra in defen. zim. quod demon. ſimpliciter, & propter quid ipsum mediũ poteſt demonſtrari.

Item hac resolutio quæ eſt ad medium non eſt inueſtigabilis, niſi in demonſtratione ſimpliciter, hoc eſt dubium, qaia etiam inueſtigatur in demonſtratione propter quid scilicet quando resoluimus effectum in causam, ergò eſt reſolutio vera, & non poſſet defendi, quod poſſet vocari iſte liber à potiſſimi medii inuenti rasolutione. Ultimo hæc opinio eſt verè falsa putans quod hac resolutione,

Quinta ratio.

quæ eſt ad medium ſimpliciter demonſtrationis non poſsunt vti scientiæ practicæ, niſi scientiæ speculatiuæ, ergo eſt inconſtans, quia sequitur quod artes practicæ ſint resolutiuæ cum habeant medium scitum resolutione: Præterea dicunt quod hac resolutio non eſt accommodabilis niſi in scientia speculatiua; eſt falsum, quia illæ artes quæ priuantur medio demonſtratiuo, priuantur ẽt resolutione, & quæro, quod eſt inſtrumentum, nobilis defini-

definitio, an demonſtratio, dicunt definitio; & tamen eſt obſeruabilis in ſcientia practica, demonſtratio etiam fit in ſcientia practica, putat hæc poſitio forſan quòd vocetur ſcientia ſpeculatiua à potiſsimo inſtrumento obſeruato in arte: Videte huius oppoſitum ſecundo met. tertio vbi ait Auer. non dicuntur ſcientiæ ſpeculatiuæ ab inſtrumento ſed à fine, nam dantur ſcientiæ practicæ quæ habent definitiones, & demonſtrationes, & ſic licet reſoluam in demonſtratione potiſsima, quia hæc non eſt accommodata ad ſcire, ſed ad vſum, & ſic demonſtratione ſimpliciter, non ſolum poteſt vti mathematica, verùm & aliæ ſcientiæ ſpeculatiuæ, & ſic reſolutio ipſa, in demonſtrando eſt communis practicis ſcientiis atq; à ſpeculatiuis.

Non dicitur ſpecu. ſcientiæ ab inſtru.

Reſtat modò deuenire ad propriam poſitionem, Multæ variæq; fuerunt recitatæ opiniones circa inſcriptionem libri Poſteriorum, cum autem nos, nec Philopono, neque Ammonio, aut Alexandro contradiximus, & cum obuiam quoſdam modernos conſiderauimus: reſtat videre, quomodo ſit opinio philoſophi, & ex verbis Auer corroborata, & verba ipſius non ſunt contraria, & quoniàm omne ſpecificum ſupponit genericum, à pari cum demonſtratio, & ſyllogiſmus ſint duo & vnum ſe habet vt ſuperius, & reliquum vt inferius, oē q eſt in ſyllogi. eſſentiale, formaliter pōt eſſe in demonſtratione, modò cum in ſyllogiſmo ſit quædam reſolutio generalis, oportet, vt ſit in demonſtratione quædam alia reſolutio ſpecifica, & ſic primò nos mentionem faciemus de reſolutione generica. Pro reſolutione vniuerſalis ſyllo

Poſitio propria.

Reſolutio generalis, et ſpecifica.

giſtica, & ut ad illam accedamus, duo præſcienda: quòd reſolutio eſt duplex altera in arte, altera verò in natura, reſolutio in arte eſt illa, quæ eſt factibilis de compoſito, antequam compoſitum fiat in mente, vt architector venit ad domum conſtituendam, antequã conſtruat eam, reſoluit in mente; reſolutio verò naturæ eſt impoſſibile reſoluere per media præcognita, ſed agit regulata ab intelligentia, & non errat, quia non diſcernit, neque agit cum voluntate, & ſic reſolutio artis differt à reſolutione naturæ; ſecundo ſciendum, quòd eſt alia differentia potiſſima, & dum dico reſolutionem artis, intelligo reſolutionem factam ab intellectu factam in partes materiales, & formales: reſolutio verò naturæ non eſt factibilis in partes formales. Ut ſcip. in quantũ hũt corrũpi, nõ hũt corrũpi in par. formalem, ſed in partes materiales, quia remanent, reſolutio verò artificialis, fit in formã, atque in materiã hoc eſt Ar. 1. phy. 66. vbi ait reſoluas rationes in rationes eorum, & hæc eſt differentia ſecunda. Uerumtamen licet reſolutio artis, et naturæ habent maximè ſeparari, habent tamen in alijs conuenire, quoniam ars, imitatur natu. & ars, vt ars, eſt regula ſecũdũ rationem, & quomodo hæc reſolutio artificialis erit vera, cum naturam minimè imitabitur: ſciendum, quòd ſicut in natura datur cõpoſitio gratia cuius, vt natura componit oſſa, & carnes propter compoſitum fiendũ, ſic & ars: ſicut ergo omnes reſolutiones ſunt compoſitorum vt compoſita ſunt fines artis; & naturæ, ſic cùm logica ſit artificia. sz. eſt methodus regularis, opor

Differt reſol. art. & natu. duo.^s modis.
Primo mõ.
Secundo mõ.

Quõ. conueni. artis, & nãæ reſolutio.

tet, ꝙ ipſa logica præponat finẽ illũ reſoluendo in media reſoluenda, vſq; ad immediata. quid ergo ẽ finis logices in maiori parte, dico ẽ tradere inſtrumenta notificandi naturaliter ignotũ, ergo finis logices ẽ notificare res dubias, vt hõo ẽ rationalis, hoc ẽ dubium, et ipsũ inueſtigo inſtru. logico, et quomodò notificabo prædic. in ſubie. scitis ꝙ tria sũt in syllogis. sz. medius termi. prædicatũ demõſt. in ſub. modò opor. laborare de prædicato vniendo cũ ſubiecto, logicus modo dat regulas, quomo do tu potes aſſumere medium, quò poſsis vnire prædicatum cum ſubiecto, et hoc triſariam probat hominem eẽ rationalẽ, aut diſcurſu logico facto à parte, ad partem aut à parte ad totum, vt Franciſcus eſt rationalis, ergo Petrus eſt rationalis, aut hoc eſt probabile à parte ad totum, & eſt inductio, vt Franciſcus rationalis, & ſortes rationalis ergo hõo rationa. Tertio mõ nos poſsimus probare prædicatũ de ſubiẽ. à toto ad partẽ, sz. syllogiſmo, licet minor ſit vniuerſalis, tamen maior ſemp eſt vt totũ, ideſt a continente ad cõtentum, ideſt a ſuperiori ad inferius, vt omne hãns cõtrarium eſt mortale, homo hãt contrarium, ergo hõo ẽ mortalis; Diuiſo diſcur. inferẽte à par. ad totũ, et à par. ad partem: deueniamus modò ad diſcurſum syllogiſticum, & hoc multiſariam, aut demonſtratiuè, aut topicè, aut elenchèe: Verũ quia ipſa logi. tradit ſyllogiſmum in genere, neceſſe fuit tradere regulas, & inſtru. genera. ꝑ quæ poſsis syllogizare, ſiue Topicè, ſiuè elenchè, ſiuè demonſtra. & hæc ẽ regu. et de inuentio. ſyllo.

Pri. reſolu. generalis syllogiſtica.

Tri. diſcur. ad probandũ predicatũ de ſubiecto.

Pulchrũ exẽplum reſolutionis formalis, i. ſyllogiſticæ ante vſum ſyllogiſmi.

in genere, vt ſumatur propoſitio iſta homo eſt mortalis, reſoluatur propoſitio, mortale eſt prædicatum, & homo eſt ſubiectum, modo ſyllogiſmus dat regulam genericam & dicit ſumas propoſitionem, ideſt rem ſcibilem, ipſãq; diſſoluas, in prædicatum, atque ſubiectũ, ad hoc vt vniamus, prædicatum cum ſubiecto, hoc non vnimus median te exemplo ſed mediante ſyllogiſmo, dicit Ariſt. primo Priorum ſecundo, oportet prædicatum, & ſubiectum cõſiderare, atque in tria reſoluere, in antecedentia ſcilicet, conſequentia: atque repugnantia, intelligas tu in antecedẽtia, ideſt reſoluere res in inferiores: per partes, vt homo eſt mortalis, diſſoluo hominem in toracem, in partem materialem, & animam ideſt in partem formalem, & in Franciſcum, & ſortem, ideſt in partes ſubiectiuas: et in conſequentia; intellige prædicata, quæ ſunt poſt compoſitum & ſunt prædicata de ſubiecto, vt ſupra hominẽ eſt prædicatum ſuperius, vt dico animal, aut in repugnãtia, ideſt in deſperata, ideſt in contraria, vt probo terram eſſe quodam grauiſſimum, hoc non probo per conſequentia: ſed per repugnantia, ideſt à contrario, vt ignis eſt leuis, ergo terra eſt grauis, quód homo ſit mortalis, per antecedentem probo partes hominis, vt toraces, & cor corrumpuntur, ergò homo corrumpitur, pro bo per conſequentia, omne habens contrarium eſt corruptibile, vt omnes ſpeties, quæ ſunt in mundo, habent pati corruptionẽ, à pari ſpeties corrumpuntur ſucceſsiuè, ergò homo habet corrumpi ſucceſsiuè, ſed quomodò probas quòd terra ſit grauiſsima, aut à parte, vt terra lutea eſt res grauis

ergo

ergò tota terra eſt grauis,à loco,circa centrum , eſt graue,ergò terra eſt grauis , ad propoſitum habemus quid intelligo per antecedentia,per conſequentia intelligo prædicata de ſubiecto,& hæc ſunt duobus modis,aut conuertibilia,aut non conuertibilia,ſi conuertibilia, aut prædicantur in quid abſolutè,vt eſt definitio, vt animal rationale eſt æternum, ergo eſt æternus , & quædam prædicantur in quale, & ſunt differentiæ vltimæ , ergo habemus conſequentia conuertibilia, & ſunt definitiones, & differentiæ vltimæ , aut non prædicantur conuertibiliter,& hæc ſunt duobus modis ſcilicet genus, & differentiæ genericæ,vt animatum,& corporeum, & hæc conſequentia conuertibilia sunt bifariam, quædam accidentalia. quædam subſtantialia , vt ſenſitiuum neceſſariū homini,sunt quædam consequentia, quæ sunt accidentia homini,& hæc consequentia aduenientia homini,aut neceſſariò subiecto,aut per accidens in subiecto, accidentia quæ sunt in subiecto neceſſario, sunt duobus modis, aut sunt accidentia,vt causæ,aut vt effectus,accidentia inhærentia subiecto vt causæ,vt medicus: eſſe medicum, eſt accidens , ergo eſt accidens neceſſarium homini,quia ſolus homo eſt medicus , accidentia verò inhærentia subiecto,vt effectus ,sunt trifariam,vel in subiecto,vel à subiecto,vel circa subiectum,accidentia quæ sunt in subiecto,sunt accidentia inseparabilia comunia, vt nigredo, & albedo quæ accidentia non dant eſſe illi : vt fluunt à subiecto,sunt operationes,ideſt productiones , vt viuere, vegetare,& intelligere,sunt operationes per se ipſi homini

homini, & quæ ſunt alia conſequentia, ſubiectum, & habent eſſe, non vt cauſa, non vt effectus, ſed circa ſubiectum, ſunt locus, & tempus: & ſic logicus ex ſufficienti partium numeratione habet inuenire omne medium, per quod poßit arguere ipſa verò repugnãtia, Verbi gratia repugnantia in loco, vt repugnãs homini, ideſt diuerſum ab homine, Unde omnes loci poſſũt aſſumi in repugnantia, ideſt in diuerſo, ſicut leuißimũ eſt ſuperius, grauißimum inferius, probatur à repugnantia, ſiccißimum, & leuißimum eſt maximè ſuperius, ergo humidiſsimum, & frigidiſsi. eſt maximè inferius, hæc inquam eſt reſolutio, quæ vocatur inuentio medij. Verumtàmen quid eſt, circa quod, eſt labor, cùm hæc ſit generalis reſolutio, quod eſt illud quod addit demonſtratiuus, & quid eſt illud additum ab illo, quòd fiat analyſis demonſtra. Uenit modò inueſtigandum; quæ ſunt illæ regulæ, atq; ſpecifica prædi. à quibus fuit titulus libri, poſt. intitulatus, cùm dicat Auer. ab analyſi poſterioriſtica vtrumque inſcripſit librum, ſed priusquam ad ſpecificam veniam aliam generalem inducemus.

Secund. reſo. & genera. id eſt ſyllogiſtica

Eſt altera reſolutio etiam prioriſtica, quæ eſt poſt vſum ſyllogiſmi, & prioriſtica, quæ eſt comunius omni ſyllogiſmo, & eſt diſſolutio facta in proprium modum, & propriam figuram, quæ potius vocatur deductio, de hac ſecunda reſolutione Ar. fecit tertium ſectum in libro priorum.

Poſt. Philo. et Am. quomo. & qualis, & ſecũ tra Aue.

Doctiſsimus Philophenus voluit ab hac vltima reſolutione librum priorum dici Analiticum, ſcilicet in

quantum

quantum reſoluit in modos, voluit autem Philoponus, librum poſt. pati aliam reſolutionem, quæ eſt ante vſum ſyllogiſmi, quæ eſt inuentio medij, & quia Philop. vidit librum priorum dirigi ad librum poſt. etiam confeſſus eſt reſolutionem prioriſticam dirigi ad reſolutionem poſterioriſticã, ideò voluit ab vltima analyſi, tanquam perfectiori, inſcribi vtrũque lib. reſolutorium, hoc eſt etiam Philop. 1. poſt. com. 99. ait ibi poſt vbi Ar. fecit rationes Topicas, nunc innuit demõſtratiuas, et quia voluit à parte totum nominare, ideſt voluit totum negotium inſcribi à reſolutione vltima, ex quo dixit Auer. & vtrũq; inſcripſit eodem nomine, quæ autem ſit hæc reſolutio analytica, dixit Philopo. quòd ẽ reſolutio, quæ eſt demonſtratio quia. Et quia opinio Philop. eſt nobis ſuſpecta, quia hic intendimus demonſtrationem ſimpliciter, quę eſt ex dignitatibus, has demonſtrationes poſſidentes dignitates, eſt impoſſibile habere medium demonſtratum, demonſtratione quia, quia medium eſt notum, modo demonſtra. quia valet ad media, quæ ſunt poſitiones, licet ſit vera, tamen non habemus verum reſponſum, modo mediũ demonſtrationis ſimpliciter eſt dignitas, & cum ſit dignitas, nõ eſt demonſtrabilis, neq; à priori, neque à poſteriori, & ſic ſumus in hoc diſcordes cum Philopono. Licet poſſim eum defendere, cum non vult quòd ab hac reſolutione à poſterio. ad prius, omnis demõſtra. coſtet, ſed vult, quòd omnes demõſtratio. antequã cõſtruãtur indigent medij inuẽtiõe et ſic vult Phi. de.

Suſpecta põ Philopon.

Defenſio poſſibilis.

demonſtrationem ſimpliciter conſtare, ex medij inuentione, ſed vult quòd inter resolutiones quæ sunt ex medij inuentione, eſt quædam quæ eſt demonſtratio quia, & voluit Philoponus ab ipsa sumi titulum, tamquàm à fortiori, quare ab illa quia, resolutio eſt quædam res imbecillis respectu demonſtrationis, modò datur resolutio demonſtratiua, quæ eſt demonſtratio quia, ideò ab illa voluit ſumi titulũ respõ. poſſibilis licet debilis, propter resolutiones, quæ à priori, & aliquando simpliciter ſimplici demonſtratione & tamen potiores quàm demonſtratio quia. Propterea debemus respondere, & inueſtigare hunc titulum, aliqua resolutione, quæ debet eſſe communis cuiquè speciei demonſtrationis, inquàm à priori, & pro veritate intelligenda, sciendum primò ſicut demonſtratio eſt quidam limitatus syllogismus à pari resolutio demonſtratiua erit limitata resolutio prioriſtica: secundò sciendum, quòd duplex eſt resolutio, quia duplex eſt compoſitio in ipsa natura, videmus compoſitum conſtare ex multis cauſis, scilicet ex cauſis persè causantibus, & ex cauſis per accidens causantibus vt locus, eſt eſt quædam causa per accideus, vt generare talem hominem, iſta eſt quædam causa per accidens causans hominem, sed pater eſt causa perse compoſiti scilicet filij, ſicut ergò datur duplex compoſitum, ſic duplex eſt resolutio, scilicet resolutio compoſiti in vera causantia, & datur resolutio in causans per accidens: resolutio ad causantia vera, vocatur ab Auer. resolutio, quæ eſt contraria operi naturæ, vt resolutio sedis, ſit in lingna, unde resolu

Veritas quæſiti.

Primum notãdum.

Secundum notandum.

reſulutio vera eſt diſſolutio in vera componentia, eſt & alia reſolutio, que eſt compoſiti, in componentia per accidens, dicta non vera reſolutio, ex quò male iuniores dicunt reſolutionem non veram eſt à priori ad poſterius, cum vtraq; reſolutio ſit à poſteriori ad prius; Tertiò ſciendum, quòd logicus demonſtrator, non poterit vnquam recte incedere, ad inueniendum medium, niſi à quæſito deſcendat vt præponatur finis, ſcilicet ſcientia ignotorum naturaliter, hæc eſt res inueſtigabilis, à demonſtratore, & an homo ſit riſibilis, oportet me ſcire hoc prædicatum de homine, & duplex eſt ſcientia, aut vis illatiuè ſcire, ſcilicet generice, & vadis ad librum priorum, & potes arguere ab antecedenti ad conſequens, vt homo, eſt, ergo riſibile eſt, et potes arguere à ſuperiori, vt quodam animal ridet, homo eſt quodam animal, ergo homo ridet, ſed ſi vis ſcire ſcientia ſimpliciter, oportet primò definire, quæ ſit ſcientia ſcita demonſtratione, ſcire ſimpliciter eſt per cauſam, vnde debet eſſe per cauſam, habito hoc fine, quem intendo per ſcientiam veram, oportet vt demonſtrem riſibile de homine, reſoluere riſibile, et in cauſam propriam, vnde cum demonſtrator non habet arguere à comuni, ſed tantum à medio, quod eſt æquale ſubiecto, & prædicato, & hoc medium, aut eſt propria paſsio, aut definitio, aut genus, ex quò demonſtrator cogitur, à fine demonſtrare, & dum eſt limitatus ab inuentione omnis medij, tantum est coactus ire ad media per ſe, oportet eſſe cauſam per ſe veram, & immediatam, & ſic

Error comunis iuniorum.

Tertium notandum.

N venio

venio reſolutiuè, à fine ad medij reſolutionem, & ſic reſolutio eſt poſita conclùſione deueniendo ad præmiſſas, ergo ſicut reſolutio prioriſtica erat comunis, reſolutio demonſtratiua autem eſt tantũ ad appropriata media

Confirmatio ex Auer.

videte hoc ab Auer. 4 quaſi. poſt. vbi dicit, Alph. ignorauit has conditiones, quia ignorauit ſcientiam quæſitorum acquirendam, quaſi dicat, quòd nos reſol uimus, & inuenimus media deueniendo ad finem, ad dit Auer. & hac de cauſa Philoſo. reſolutiuè eduxit conditiones demonſtrationis præmiſſarum, & ſyllogiſmi, quia reſolutio eſt tantum inſtrumentum demonſtrationis, q. d. quòd reſolutio demõſtra. ẽ res ſpecificans aſſumens medium particulare; & hoc medium eſt multifariam, aliquandò eſt notum, aliquando verò ignotum: ſi eſt ignotum, reſoluas, eſt demonſtratio quia, quia, aut propter quid, & ſimpliciter, & ſic hæc reſolutio, aliquando eſt demonſtratio, tamen in genere, non

Demon. quia & prop. quid & s. poteſt eſſe reſolutio.

modò ergò vis, quòd aſſumatur pro modo conſiderandi, cum ſit res dubia, ergò differt dicere, quòd liber poſt. tractat demonſtrationem methodo reſolutiua. Unde hæc reſolutio eſt res inueſtigata pro medij inuentione, modò reſolutio hæc non eſt modus conſiderandi. Ideo ſumatur reſponſio altera; qua cauſa hic liber non dicitur compoſitiuus licet compoſitio ſit finis, & quare ſit denominatio ab habente vlteriorem finem, ſed volumus à reſolutione ante vſum ſyllogiſmi, ſed cum hæc dirigatur ad compoſitionem, qua cauſa ab hac nõ fuit ſumpta denominatio? Reſpondetur, quia reſolutio demonſtratiua eſt ad media, ideſt habens canones terminatos in cauſas formales, in principia communiſſima, & quia nulla ſpeties argumentationis habet gaudere tanto priuilegio, niſi demonſtratio, ideo fuit facta denominatio à reſolutione demonſtratiua, quia illa eſt certa incedens per cauſas paucas, atq; immediatas, & maximè in via græcorum et quoniam talis reſolutio eſt oſtenſiua aliquando, ideſt demonſtratiua medij aſſumẽdi. **Sol. propria.** *Secundo, quoniam nos in reſolutione habemus ſcientiam terminatam ad ſcita dignitatum, demonſtratio, habet terminari ad ſcientiam quæſitorum ignotorum, modo ſcientia principiorum eſt magis credibilis, ſcientia concluſionum, cum ergò reſolutio demonſtratiua, ſit terminabilis ad ſcientiam rerum, quæ ẽ magis impmutabilis à veritate, ideo fuit ab iſta ſumpta denominatio, ipſa autem demonſtratio eſt à per ſe notum, ad* **Secunda reſponſio.**

minus notum, reſolutio verò eſt terminata ad ſcita per ſe, vnde ſcientia dignitatum eſt tutior scientia definitiua, & demonſtratiua, quia eſt aſſumpta ab omni arte definitio verò, & demõſtra. scientia ſunt ſuppoſitiones 14. 1. po. Aue. vtrīq; ſcientiæ definitiuæ, & demonſtratiuæ, sunt debiliores scientijs dignitatum, modo iſtæ res ad quas fit terminatio per reſolutionē ſunt pauca, ipſa autē quæſita ſunt res ſcitæ plures dependentes ab alio. Ideò dicimus ab ipſa fuiſſe ſumptam denominationem.

Otta. dubium quid reſol. nõ verã per modernos.

Aliud dubium ponunt iſti Doctiſſimi viri dicentes reſolutio eſt duplex, vera, & non vera, reſolutio vera eſt illa, quæ eſt contraria compoſitioni naturæ; reſolutio autem non vera eſt, quoties reſoluimus cauſam in effectum. In vno dubitamus, quòd reſolutio non vera ſit ad effectum; nam Auer. dicit 93. com. quòd reſolutio non vera eſt, quando resoluo rem compoſitam, in aliud, quam ad illud ex quo componitur, vnde vtraq; resolutio eſt compoſitarum rerum, & non cauſarum, & resoluo compoſitum, in vera componentia, & eſt vera compoſitio, aut reſoluo in aliud, vnde reſolutio non vera, eſt à poſteriori ad prius longinquum.

Reprobatio.

Aliud dubiũ modernorum.

Dicunt aliud quòd poſſumus procedere à cauſa ad effectum, tamen non ſcientificè. quia hoc eſſe causæ eſt aſſumptum, eſt debiliter scitum. Si hoc eſſet verum, ſequeretur quòd omnes medij termini demonſtrationis ſimpliciter eſſent debiliter ſciti, qui sunt cauſa, quia non per effectum. Secundo errant putantes omnes cauſas medias in propter quid ſemper demonſtrari

Reproba. pri.

Secundo.

per effectum, cum ſint pluries notæ, putant iſti, ſemper cauſam eſſe, dependere ab effectu. *Tertio.* *Præterea cauſa ſi eſt nota, ipſam aſſumo, ſi verò ignota ipſam demonſtro, ergo non ipſa per effectum.* *Quarto.* *Prætereà ego poſſum demonſtrare eſſe effectus, & propter quid effectus per cauſam vnico examine, & eſt propter quid, & eſt ſimpliciter demonſtratio ex 39. 2. poſt. datur propter quid, eſſe, & propter quid effectus ſimul abſoluens, & tamen cauſa ſumitur pro mediò termino, quia tenemus cauſam efficientem eſſe notam, quia cauſa, vel nota de ſe, vel ab alio effectu, vel ab alia cauſa poteſt notificari, & aſſumi. ad demonſtrationem alterius effectus, quo ad quia, & propter quid; & effectum eſſe ignotum, quo ad quia, & quo ad propter quid, hoc enim eſt Auer. 39. 2. poſt. non ne dantur demonſtrationes propter quid, quæ ſunt ſimpliciter ratiõe rerũ ſcitarũ 1. po 95. et 99. ſed dicuntur propter quid, in quantum non habent medium, in 1. modo dicendi per ſe, ergo male dicunt iſti, & apparet de vios eſſe: atq; ad diuiſionem deſcendamus.*

Demõſtraatio prop. quid qa eſt 2. prop. qd abſoluẽs 2. nõ ſimp. demon.

DE DIVISIONE.

PRINCIPES VERO PARTES HVIVS LIBRI SVNT DVO TRACTATVS, ALTER DE DEMONSTRA. ALTER DE DEFINI.

Accedentes ergò ad Auer. de diuiſione, verborũ enucleationem, dicimus; & primo, qua cauſa vtimur diuiſione, an diuiſio debet præſumi in octo prælibandis, inuenietis quòd diuiſio ipſa lib. atq; vtilitas, inſcriptioq; authoris, ſunt prælibanda, quæ non coferunt ad tractatum, bene verum diſcipulis, cum diſcipuli incipientes artes ſint expaueſcentes, ex quo diuiſio haud eſt prælibandum neceſſarium, ad bene eſſe tamen huiuſmodiquè vtilitas, atq; nomen; abſoluere autem titulum, remq; ſubiectam neceſſaria exiſtunt, abſq; enim illis haud ad artem accedere poſſunt, cumq; diuiſio confert, verum diuiſione habemus uti in principio artis, Aue. dicebat hanc diuiſionem eſſe inuenctam propter debilitatem diſcretiuæ ſcolarium 2. Phy. 3. et 2. poſt. 25. eſt principium petens in principio, & debile principium, & fuit facta propter diſcipulos.

Dubitatio. *Cuius contrarium dicebat Plato, volens diuiſionem, eſſe ornamentum phyloſophiæ, atq; inuenctam à deo, aut deo ſimili, Auer 1. colliget 1. volebat diuiſionem eſſe puerilem, ſi ergò huiuſmodi: qua cauſa ipſam aſſumimus?*

Solutio. *Dicendum quòd duplex eſt diuiſio. quædam generalis, quædam particularis, diuiſio generalis nõ nominatur ab Auer.*

vnde

vnde dicit, quòd iſtæ diuiſiones particulares, fient in proprijs locis, & ſic dicimus, quòd diuiſio particularis eſt puerilis, vt in libro prædicamentorum, diuidit ſubſtantiam in ſexdecim partes, quæ diuiſio eſt puerilis, vnde diuiſio particularis hic, non fit ab Auer. Sed quis dicet eſt argumentum debile, concedo, & ideo vtimur ipſo in principio artis; principes vero partes ſunt duæ. Antequam vlterius progrediamur, arguatur ex Auer. Duæ ſunt partes principes, ſcilicet demonſtratio, & definitio, ſi hoc eſſet verum, quòd in libro poſt. erunt duæ partes principes, ſcilicet definitio, & demonſtratio, ſequæretur, hæc duo inſtrumenta, eſſe ſubiecta partialia, ſi partialia ergò eſſet ponere ſubiectum aliud commune, probatur, omne ſubiectum principale eſt particulare, ſed in primo poſt. ſubiectum principale eſt demonſtratio, ſi principale ergò partiale, ſimiliter in 2. poſt. definitio eſt ſubiectum principale, ſi principale, ergo partiale. Reſpondetur, & dicimus, quod partes dici principales, ſtat duobus modis, aut in ſubijciendo, aut in diuidendo, dicimus modò quòd erroneum eſt dicere, quod definitio, & demonſtratio ſint partes principales ſubiectiuæ, nō valet. Sed dicimus eſſe partes prencipales in diuiſione: ideſt quòd liber poſt. prima diuiſione habet diuidi in duo, ſcilicet in definitionem, & demonſtrationem, reſtat ergo demonſtrationem eſſe ſubiectum totale in primo libro, modo omnis pars principalis, eſt partialis, ergo habet aliud ſubiectum, concedo ſi eſſent partes in ſubijciendo

Dubita. pulcra.

Solu. ſubtilis.

do, nego in diuidendo, & ſic non tenet ratio: principes vero partes vult ergò Auer. librum poſt. diuidi in duo, ſcilicet in tractatum de demonſtratione, & de definitione, id epilogabat 2. poſt. 1. vbi dicit, in 1. de vno inſtrumento, & in 2. de alio, ergò opinio Auer. eſt quòd diuiſio libri poſt. fiat in duo. *Hæc poſitio Auer. reprahēditur à modernis, ſcilicet à domino Hyero. dicit erroneum eſt dictum Auer: qui dicit librum poſt. prima diuiſione diuidi in duo, quoniam prima diuiſio debet fieri, in prohemium, & tractatum, ideò male Auer. & cauſa huius dicti ſui, eſt vnus tex: Auer. & Aris. 3. retho: cap. 2. & inducitur à Balduino, dici ibi Ar. & prohemium eſt pars prima in tractatu, prabens aditum, & ingreſſum ſuccedenti, ideſt quòd prohemiū præponit rem, quæ habet inferius tractarū, ergo diuiſio debet fieri in prima parte, ſed prima pars eſt prohemium, ergo in prohemium eſt diuiſio.* *Domini poſitio Auer. eſt vera, & ſua dicta ſunt falsa, quòd opinio Auer. ſit vera probatur non ne eſt opinio Ar. quòd diuiſiones ſcientiarum ſumātur à rebus, ideſt à ſubiectis, vnde ſcientia eſt vna, quia vnum eſt ſubiectum partes, & principia eius abſoluens, cum ergò ſcientiæ diuidantur per tria genera, cum omnis ſcientia ſit vna, quia vnum eſt ſubiectum, quomodò ergò vis ſcientiam vnam non ſumi à rebus? Item 1. poſt. 69. omnes ſcientiæ, aut conueniunt in ſubiecto, aut differunt in modo conſiderandi, aut conueniunt in modo conſiderandi, et differunt in ſubiectis partialibus, & ſic conuenientia ſcien-*

Exprobatur Auer. modernis.

Defen. Auerro. pri. ratio.

Secūda ratio.

ſcientiarum, ſumitur à ſubiecto. Tertio, illud ē vere diuiſiuū alicuius, q ē conſtitutiuum illius, ſed differentiæ conſtitutiuæ ſcientiarū ſunt ſubiecta, ergo p illa debet fieri diuiſio, minor probatur ſubiecta habent modū cōſiderandi, vt partem formalem ſuā, ſed per modum conſiderandi ſcientiæ differunt, ergò cum ſubiectum faciat differre ab ipſo, debet fieri diuiſio. Ultimo eſt Porphirius, ait enim ſuo libello, quæ eſt illa differentia, quæ eſt vtilis diuiſioni, & compoſitioni, dicit non eſt eſſentialis differētia cōmunis, neq; magis propria, vt cicatrix, ſed illa differen. faciēs aliud, ideſt differētia inſeperabilis p ſe, ergò differētiæ faciētes aliud cōſtituētes, sūt ille q̄ h̄ñt diuidere ſed cū ſubi. nō sūt differen. cōmunes, ſed ppriiſſime, ergo ab ipſis debet ſumi diuiſio: vera ergo eſt opinio Auer. reſpondetur modo ad dicta Baldu. dū exponit librum de interpretatione in 2. libro iuxta boetiū dicit, reſpondens Boetius, diuerſitas libri, ſumitur ex diuerſitate prologi, ſed in primo perhier. ſunt duo prologi, ergò duo libri, à pari in lib. poſt. facit duos prologos, ergo duo sūt. lib. ergo non oportuit Auer. facere diuiſionem primam, in prologū, ſed in res ſubiectas. Sed reſpōderet aliqs dicēs, q prologus 1 poſt. ē cōmu. ad vtrūq; lib. cōtra Aue. nā, oīs doctri. etc. iſta ppoſitio ē cōmunis ad definitionē, et ad demōſtrationē, cōtra hoc, quoniā Ar. hic eligit modū ſciendi, ideſt ex hoc prologo ex illo axiomate, eligit inſtrumētū à fine, auferendo ſcilicet diffinitionem, qua ſi adhuc nō ſit cōclusū d illa quo modo ergò voluit hic diſinitionem includere, vnde tex. 8 dicit ſi alius eſt ſciēdi modus, poſterius dicetur, unde fiat

Quarta ratio

Replica ſolu.

ratio pro eo illa eſt prima diuiſio quæ continet, & non continetur, ſed diuiſio facta in definitionem, & demonſtrationem eſt facta in duo, quæ habent continere duos prologos ergo diuiſio illa eſt comunior: Sed concedo q̃ fiat diuiſio in prologos, tamen eſt diuiſio particularis, modo diuiſio facta in prologum, & tractatum non habet includere definitionẽ, remanet ergò diuiſio illa facta ab Auer. in principes partes, in definitionem, & de-

Solu. rationis contra Auer. *monſtrationem. Reſpondemus ergò concedendo quòd fiat diuiſio in prologum, tamen hæc diuiſio non eſt prima, ſed eſt contenta. Sed dicet quis, contra de men-*

Replica ſolut. *te Ar. prohemiũ eſt prima pars operis. Reſpondetur quod aliquid dici primum ſtat duobus modis, vt eſt quædam pars prima in diuidendo, & eſt falſum hoc dicere, quodam vero eſt primum, primordialiter, & ſic illa primitas, non attendit diuiſionem, ſed eſt prima pars, primo ingreſſu acquirenda, modo licet ſit prima pars prohemium, non in diuidendo, ſed in addiſcendo, & hoc facto in libro perihermenias. 1. de nomine ideſt primordialiter, & ſic remanet Auer. defenſus. Dubitatur circa diuiſionem huius libri, Ar. 1. poſt. 179.*

Dubiũ contra Auer per paruiſium. *vbi ſit caput de vnitate ſcientiæ, dicit ſcientiã eſſe vnã, ab vnitate ſubiecti, eſt autem diuerſa à diuerſis principijs, ergo apparet quòd Auer. male diuiſit librum poſt. per ſubiectum, cum diuiſio debet fieri per principia. Huic reſpondet Pauiſius & dicit, clarum eſt*

Reſ. Pauiſij. *hoc, quod licet artes habent differre, per principia tamen habent differrre per principia ſubiecti, & ſic remanet*

manet diuiſio ſubiecti, & ſic iſte admittit differentiam vltimam artium aſſumi à principijs: contra hoc arguo ſic, ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis, ſic negatio, eſt cauſa negationis 1. poſt. 99 ſed ſcientiæ ſunt vnum p vnum ſubiectũ, ergò ſunt diuersæ per diuerſa ſubiecta. Falſum eſt etiam aliquando artes de vna re ſubiecta p̃ diuerſa principia, & tamen vnũ ſubiectũ, quo ad partẽ materialem Aue. in quæſito de qualitate faciendi demõſtrationem col. 1. Præterea per ipsũ Pauisũ ſcientiæ habent idem ſubiectum, & aliquando habent diuerſum, & quare, quia habent differentiam, & principia, dicit ergò iſte, ſequæretur quòd differentia ſumpta à ſubiecto eſſet mediata, 1 deſt ſecunda, nos modo debemus dare diuiſionem vniuerſalem, cum ergò differentiæ primæ ſumantur ex principijs: ergò debebat Auer. diuidere librum poſt. per principia, & non per ſubiecta. Præterea ſciendum, quòd artes habent differre inuicem per ſubiecta, & non per paſſiones, per principia, & per partes diuerſas, illæ artes quæ conueniunt ſubiecto & in modo conſiderandi, conuenient in principijs, & quæ differunt ſubiecto, differunt principijs: ſic artes differunt principijs, tamen primò per ſubiecta, quia dicuntur partes, paſſiones, & principia ſubiecti. Quinta ratio ſcilicet ſubiectum habet duplicem partem, formalem, & materialem, modò formalis eſt modus conſiderandi, quo primò ſeparatur, quare definitio à methaphyſico, & à logico per Baldu. Dicimus ergò, quòd ipſa ars habet diuidi per ſubiecta,

Reproba. pri.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinta ratio.

& per principia, tamen primò per ſubiecta, ſecundario verò, per partes, per principia, paſsiones q; ſuas. Circa rem ſubiectam, dicit definitio, & demonſtratio traduntur hic; non ut ſunt certum genus entium, dicit Baldu. quòd tripliciter entia conſiderantur, vel vt ſunt affectiones animæ, & hoc modo in libro de anima; Alio modo vt ſunt species entis, ideſt vt ſunt entia accidentalia, vt ſunt, & hoc modo à metha. Alio modo inquantum instrumenta notificantia, atq; inſtrumenta ſciendi, & hoc pacto, pertinent ad logicam, Vult ergò quòd definitio, & demonſtratio, vt ſunt entia debent a metha. tractari 38.21.met. Hæc opinio damnatur à ſuo diſcipulo Pauiſio Ioanne iacobo qui reprahendit Hyero. & Au.

Confu. p Pauiſium contra Baldu. et Auer. primo.

Errant inquit dicendo definitionem, & demonſtrationem, entia logicalia eſſe facta intellectu, quoniam genus, & speties non erunt hæc entia logicalia, niſi etiã ſint entia naturæ ideſt genus, quia in natura dantur speties, & genera prædicantia de pluribus, à pari nunquam eſſet differentia genus intellectu, niſi eſſet ens extra animam cõe multis, vt rationale. Vult ergò q hæc entia logicalia ſint extra mentem.

Secundo.

Hocmet corroborat ex 7. met. 3. dicit entium, quædam ſunt ſubſtantiæ, quædam verò entia in ſubſtantia, ideſt ſunt accidentia, & quædam ſunt affectiones entis, vt album, & nigrum, affirmatio, & negatio, hæ talia, dicuntur eſſe affectiones entis, nùm Ariſtotiles tractat de ente vero hæc: hæc entia vera, ſunt affirmatio, & negatio, ergò entia localia

calia, non ſunt entia per ſe, ſed ſunt attributa entium ſi eſt huiuſmodi, ergò non ſunt facta ab intellectu. Item. ibi Ariſto: dicit, entium à ſua conſideratione affirmationem, & negationem, ideſt facta diuiſione entis in ſubſtantiam, & accidens: hæc accidentia ſunt eiecta, ergò hæc entia non ſunt in intellectu, tamen, hæc à met. conſiderantur. Quartò peccat Bald. qui volebat has affectiones conſiderari à methaſi. modo metha. habent entia vera conſiderare, Propterea iſte modernus dicit, & ideò Auer, eſt inconſtans, qui dicit non tractari hìc entia, vt ſunt entia metha. non ne, dicit, Auer. ſcit hæc entia non poſſe conſiderari à metha? ergò malè Aue. qui carpit Alph. Sciẽdũ hunc virũ potius animo cõtradictiõis, quã veritatis ſtudio: ſciendum, atq; intelligendum eſt primo, quid eſt 2. intellectum, & dicimus, quod eſt quodam vniuerſale 2. factũ ſupra primũ uniuer. concurrente intellectu, sẽſus verò particularium: modò primæ intentiones oportet, vt ſint in intellectu, ergo oportet p.ponere pri. vniuerſalia, & poſtquam hæc vniuerſalia ſunt in intellectu, intellectus vocat genus, ſpecies, id. 2. intellecta, quæ quæ non poſſunt dari, neque exiſtere citra intellectum; ergo non dantur ſecundæ intentiones citra intellectum, vt iſte vult. Secundò errat, quia dicere, quòd entia logicalia ſunt facta ab intellectu, aut non: bifariam poſſunt conſiderari, vel ſunt facta ab intellectu, & eſt dicere, quod hæc entia non ſunt æterna de ſe, ſed arte fac-

Tertio.

Quarto.

Defenſio pri.

Secundo.

ta, voluntatē, vt poſitio Baldu. atq; Thomiſtarum. Petrus niger in clipeo Thomiſtarum q. 4. vel quod ſint entia æterna de ſe semper vera nullo intellectu cōſtituente, bene verum eſſe exiſtentia eorum secundorum intellectorū, semper in intellectu, vt Scotus in quæſtionibus ſuper prædicabilia, omnes tenent eſſe in intellectu. Schola ſcotiſtarum tenet quod hæc entia sunt æterna de ſe, atq; ſunt in metha. Utraq; hæc opinio tenet, quòd ſunt ſemper in intellectu, ex quo, ſi anima non eſſet, neque ſecunda intentio q. d. quòd ſecunda intentio eſt facta ab anima. Quomodò ergò opinio Pauiſij eſt, quod detur genus i. ens logicum extra animam. Preterea dicit Aue. in 2. lib. epit. met. car. 55. quomo. genus, et differētia faciūt definitionē, dicit genus, & differētia bifariā conſiderantur, vel pro p. intellectione, & hæc ſunt vniuerſa. Alio pacto pro ipſa intentione facta ab intellectu, et iſto mō ſunt accidētia, q̄ acci. sūt secūdæ intentiones. Dicimus illas eſſe appodiatas ſupra primas intentiones, & ſic ſemper ſunt in intellectu, & nunquā extra illum.

Dubitatio. Uerum, id quòd obſtat, & quòd peius, quòd Auer. 38. 7. met. ait definitio biſariam conſideratur, vno modo, vt eſt inſtrumentum ſciendi, & hoc modo à logico; alio modo, vt eſt inſtrumentum ſciendi naturā rerū, & hoc modo à metha. ergò à met. vt eſt inſtrumentum ſciendi, quomodo ergò diximus entia logicalia

Solutio. conſiderari, vt eſt inſtrumentum ſciendi à logico, & à met. in genere? Propterea ſciendum, quod logicus, Topicus, alenchus, & metha. circa omnia entia habent

bent verſari; ſunt artifices communes verſantes circa omes ens, 1 phy. 7. & 1. poſt. 85. atq; in epit. log. cap. de alencis; hoc verſari bifariam poteſt conſiderari, aut quo ad actualiter in eſſe exercitu, & habet meth. abſol uere omne ens: eſt falſum, quia metha. non tractat de omni ente, quia non loquitr de anima, vt forma corporis; ſed propter ſuam præ heminentiam, dignitateq; hāt respodere principijs particularibus p princi. ſua cōmunia, vnde meth. non habet de omni ente tractare, ſed poteſt ſuccurrere omni enti. s. topice topicus, & demonſtrator: tamen actualiter eſt impoßibile meth. omne ens probare: iſtis ſtantibus dum dicit Balduinus, quòd logi. entia, vt entia à met. falsū, nā nō tractātur ab ipſo, ſed poſſunt ab ipſo tractari, vt ſi nego corpus eſſe, vado ad metha. & dico ſubſtantia duplex corporea, & incorporea, ſic dum Ar. excludit entia logicalia à metha. Verūtamen non cōſiderat entia logicalia vt nō poſſunt tractari ab ipſo, ſed quia ſunt alterius artificis, & ſcientia logicalia tractantur à metha. non in actu per ſe, vt inſtrumentum ſimpliciter. Secundo hæc affectio eſt comunis nouem prædicamentis, quia dico qualitas eſt affectio entis, ſed vocare genus proprium, & accidens, hæ affectiones etiam ſunt appodiatæ in ſubſtātia, ſic ergò ſi nouem prædicamenta ſunt affectiones entis, à pari entia logicalia cum ſint imperfecta, erunt affectiones entis, ſed non in actu: ad dictum quomodo met. tractat de omni ente vt de natura rei: ſciendum, ꝙ logica duplex, quædam vniuerſalis, quædam particularis,

Primo.

Secundò.

ris, vniuerſalis eſt illa, quæ tractat de vniuerſali, particularis vero eſt, quando applicamus, i. eſt applicatio ipſa, ſic methafiſica indigebat logica, nam indigebat definitione, cum ergò ipſa debet definire ſubſtantiam, vt aſſumat definitionem, ſic indiget definitione, vt eſt notificatiua ſubſtantiæ, ſic in quantùm methafiſica pro ſuo ſcibili habet vti inſtrumento logico, & ſic non in genere methafiſica tractat de inſtrumento logico, ſed tantum, ad ſuum vſum. Dicimus ergò, quod methafi. per tractat de definitione, & hoc bifariam, vel vt ens, hoc in eſſe poteſtatiuo, alio modo actualiter, inquantū applicat hoc inſtrumentum ſuo ſcibili, & ſic defenditur Balduinus.

DE IUVAMINE.

DE iuuamine dicit Auer. & præſtat potiſſimum iuuamen, quod tradit ſciētia logicæ: vnde logica eſt dirigens ad ſpeculatiuas, quō habet iuuamē tradere, dicit tradit iuuamen in quantū tradit inſtrumenta ad veritatem omnium entium, ſcimus quòd iſte prologus .ſ. Auer. eſt comunis ad primum, & ſecundum librum, vnde definitio, & demonſtratio habent iuuare maximo iuuamine, ideſt inquàntum habent tradere veritatem omnium entium. Primò dubitatur quōmodo ipſa demonſtratio, & definitio habent tradere veritatem omnium entium, hoc eſt falſum, quia ſunt multæ veritates ſine definitione, et demonſtratione, vt veritas mediorum & dignitatum. Reſpondet huic quidam, & ait ꝙ habet

Dubitatio.

habet tradere veritatem, non omnium entiũ in cõmu- Sol.cuiuſdam
ni, ſed omnium entium neceſſariorum. Hoc eſt falsũ cũ
triplex ſit ſcire praßius them.p.po.7.dignitatũ eſt poti- Confutatio.
us quã definitiuũ, & demonſtratiuũ, & tamen eſt ſcien
tia neceſſaria quæ neq; definitione habetur, neq; demon
ſtratione; ergo non valet tua ſolutio. Reſpondemus
nos duabus ſolutionibus: dicit phi. 7.met. 43. & Au. Vera ſolutio.
c.de defi.õe ꝙ ſcitur inſtru. ſcitur defi. et demõ.ſi Au.
non veritus eſt dicere, omne ſcitum eſſe duobus modis:
à pari definitio, & demonſtratio faciunt, ad artificia
lem ſcientiam ſcibilum, ſic demoſtratio, & definitio
faciunt ad ſcientiam omnium entium methodice, vnde
non tradit veritatem omnium entium in genere, ſed
omnium entium ſcibiliũ, per inſtrumentũ ſciendi: cum
per eſſentialia ſemper procedat, propter inductionẽ quæ
eſt; ad principiorum ſcientiam, quæ inductio, tunc dici-
tur ſcientifica ratione perſeitatis, & prædicatorum per
ſe, non ratione qua inductio ſic valet de ſcibilibus, per
modum ſciendi, qui eſt duplex: modo reſpondetur,
quomodo definitio, & demonſtratio, eſt omnium enti-
um. Burana dicit, quòd definitio, & demonſtratio Secunda reſpõ-
tradũt veritatẽ entiũ, nõ ponit ipſe, ly oiũm, ſed ſolũ tra- ſio per Bura
ducit definitio, & demonſtratio quæ hẽt dicere veritatẽ.
Secundò, dubiũ eſt ꝙ definitio facit ſcire veritatẽ, mõ in- Dubitatio.
ueſtigare veritatem, ptinet tantũ ad enũtiationem, ſed
definitio dicit veritatem, ergò definitio eſt enuntiatio.
Reſpondetur, ꝙ verum, eſt duplex, complexum .s. atq; Solutio.
incomplexum, modo definitio facit ſcire veritatem

incom-

bent præponi ad diſpoſitionem diſcipuli, hoc eſt inter illa, quia ordo eſt ratio connexionis, inter prius, atq́, poſterius, ſed nos volumus ſcire res enucleatas in hoc libro, ergo volumus neceſſario ſcire prius, & poſterius iſtarum rerum, & ſic oportet ſcire de ordine, cum ergò ars imitetur naturam 15.8. phy. in natura nil in ordinatum, merito ars oportet per ordinem ſcientiam perficiat. Dubitat ergò Auer. de ordine. Dicunt iuniores videlicet Longus in duas partes diuidetur opinio Auer. in prima ponit veritatem rationibus comprobatam, in ſecunda Auer. hēt respondere falſæ opinioni Auicennæ, Hoc eſt obſcurum, quoniam in prima parte in qua dicuntur tres cauſæ quare liber poſt. debet poſtponi libro priorum Auer. oſtenſiuè, & non inuehitur contra aliquem, ſed præponitur in prima parte syllogiſmus: ſed dubium erat de ſpeitebus; propterea cum hic liber ſit vnus vno nomine. s. liber priorum, & poſt. vno titulo vniuntur, propterea non ne hic fecit mentionem de forma, & de analyſi, meritò oportet hic redere rationem partium; s. quomodo eſt præponendus alijs libris; propterea quæſtio de ordine libri poſt. duo continet. Dubium eſt qua cauſa liber priorum, eſt ante librum poſteriorum: & qua cauſa liber poſt. eſt ante librum top. Unde duplex eſt quæſtio: Altera, qua cauſa liber poſt. dicitur poſtponi libro de syllo. & qua cauſa habet præponi libro top. Secundò ſciendum quòd ordo duplex, vel ſecundum neceſſarium, vel ſecundum bonitatem; ordo neceſſarius eſt

Poſi. iuniorũ doctiſſimorũ.

Poſi. propria de ordine.

v. g. nos eſt impoſſibile demonſtrare propterquid demonſtrationis, niſi effectum calleamus. Clarius impoſſibile eſt reddere propterquid riſibilitatis de homine, niſi ſciamus rationale prius, ad bene eſſe eſt, vt incipere à rebus ad bene eſſe, aut quia notiores, aut quia meliores, qui ordo habet ſubdiuidi, aut res præponitur, quia eſt ad bonitatem, aut quia nobilior, vt liber de animalibus eſt præponendus ordine bonitatis quia notior: Alius eſt ordo bonitatis nobilioris, vt in meth. p. tractatur de ſubſtantia, eſt bona, & nobilior. Ideo Auer. querens duplicem rem, affert ordinem p. qua cã p de syllogiſmo, & qua cauſa demonſtratio præponitur Topi. dicimus ergò, quòd primus ordo poſitus ab Auer. hîc non quæritur, quomodo eſt poſtpoſita, dicit ordinem neceſſitatis, quia non poſſimus ſcire ſpetiem abſq; genere, Auer. ergò abſoluendo ordinem non negatum, ab aliquo, immo poſitum: triplicem cauſam aſſignat. Primo quia vniuerſaliora ſunt notiora nobis quam entia particularia p. phy. 4. ſed syllogiſmus eſt quodam prædicans de demonſtratione, & non conuertitur, nam valet, demonſtratio eſt syllogiſmus, non aũt è contrà, ergò eſt quodam vniuerſalius, de syllo. tanquam coacti ordine neceſſitatis, quia eſt liber de vniuerſali, & licet nos dicimus quòd ordine neceſſitatis syllogiſmus eſt prior, & etiam ordine notioritatis, quia entia particularia minimè poſſunt ſciri ignoratis partibus vniuerſalibus, & ſic habet præponi ordine neceſſitatis, & notioritatis: Pri. cã Aue. q̃r 1. de syll. et 2. de demon.

Secũ. cã e quia tractatus eſſentialis, eſt magis syllogiſ. Secunda cau.

accommo-

accommodabilis, quam alijs: pro quo ſciendum quòd de monſtratio infert concluſionem naturaliter ignotam, demonſtratio habet inferre, quia habet præmiſſas: præ miſſæ vt præmiſſæ, ſunt res ſyllogiſticæ. Unde hoc p̃dicatum dicitur de demonſtratione, non eſt primò ſed p accidens, inferre modò per præmiſſas cõpetit primò ſyl logiſmo, ſic ergò prædicatum eſt vniuerſalius demonſtra tione, ſed prædicata debent conſiderari de ſubiectis propinquis, ſic inferre competit demonſtrationi, inquantũ eſt ſyllogiſtica: cum ergò in libro Poſt. & Top. præbeantur illationes, quæ ſunt vſurpatæ à ſyllogiſmo, meritò primò de ſyllogiſmo debet hec res diſcuti. Uenit ter tia cauſa dicit Au. ne fiat repetitio, quia in lib. Poſte. & in alijs libris eligimus figuras, modo ſi tractaremus figuras oporteret, ut iterum tractaremus de ſyllogis. ideò vt euitemus hanc repetitionem primò facimus tra ctationem vniuerſalem de ſyllogiſmo, & poſtea ipſum cohartamus ſpetiebus, quomodo ergò ſyllogiſmus eſt p̃ponẽdus, qa cõior, dicit Au. et hoc fuit dictũ. in 1. Phy. quia cõiora ſunt nobis notiora, vtrùm eſt verum ꝙ gene ra sũt notoira, qa cõiora, et ideò genus ſit notius qa totũ? Sed cõtrariũ, s. ꝙ genus ſit notius quia pars, quoties de- finio, aſſumo genus, et differentias. Iſte partes, vt partes non ne ſunt notiores toto, ergò ipſa genera non vt tota ſunt notiora, immò vt partes ſunt notiora, vt p animal, & per differentias notifico quid? Sciendum, quòd duplex eſt pars in definitione. s. vniuerſalis, & particularis, modo hæc pars eſt nota non vt pars, Tertia cauſa / Nota quõ genus ẽ noti. qa totum, et quia pars. / Solutio pri.

 quia

quia quandoq; dico partem, dico ignotius, ſed pars definitionis eſt notior, quia eſt continens, ſic genus eſt notius non quia pars, ſed quia eſt quædam pars cōtinēs, modo dum dico continens dico totum, ergo genus eſt notum non quia pars, ſed quia totum. Alio modo reſpondetur, quomodo genus eſt notius quia pars, pro quo ſciendum, quòd duplex eſt notitia, ſ. diſtincta, & confuſa, genus vt totum eſt notius, vt pars eſt notius, & ignotius, eſt notius definito notitia diſtincta, definitum autem eſt notius definitione notitia cōfuſa; hoc pulcherrimè declaratur ab Auer. in epit. log. epito. de notioritate definitionis. Dubitat ergò hic modernus. ſ. longus, quæſtio quæſita ab Auer. hic liber quomodo præponitur, eſt quæſtio de ordine neceſſitatis, an bonitatis, dicit, quòd non quæritur de ordine neceſſitatis, ſed bonitatis, nec quæro ordinem bonitatis nobilitatis, ſed quæritur, vt liber poſt. præponatur alijs ordine bonitatis facilitatis notioritatisq;. Quod liber poſt. debet præponi libro Top. quia eſt melius notius, eſt falſa poſitio, primo probatur, quoties habemus vti regulis Topicis inter alia iuuamina, quæ præſtabat regula topica, eſt ſicut deputator argenti ab auro. Sic quoties habemus aliqua quæſita vera, & opinata, demonſtrator, antequam demonſtret oportet præire Topicum, & Topicus diuidet ipſum, & præbe dem onſtratori, hoc modo in primo phyſi. p. primo narrauit omnes antiquorum opiniones, & ſic ſcientia Topica eſt illa, ſine qua demonſtratio non poteſt

Secūda reſpō.

Opinio moder no. longi. ſ. & Pauiſij.

Cōfutatio p. qa ſibi cōtra dicunt, ꝙ or. neceſſita. dum argum. ſicut ſe hēt finis ad fi. ſuperius quære.

teſt eſſe, & qua cauſa topicus præponitur, quia regulæ topicæ ſunt notæ, & comunes, regulæ verò demonſtratiuæ ſunt paucæ: & ſic dicere regulas demonſtratiuas quia notiores præponi topicis eſt falſum. Præterea illæ regulæ ſunt notiores quæ poſſunt adaptari omni ſcientiæ, quæ differentia eſt inter poſitionem, & dignitatem, quia dignitas eſt admiſſa ab omni ſcientia, Vnde illa ſcientia quæ eſt admiſſa ab omni arte eſt notior illa, quæ eſt admiſſa ſolum in propria arte, modò regulæ topicæ ab omni arte aſſumuntur, & ſunt accomodabiles cuiq; enti, regulæ verò demonſtratiuæ non ſunt huiuſmodi, ſed tantum accommodantur enti neceſſario, & inquàntum ipſum, ſequitur ergò, quòd vna eſt notior altera. Prætereà dicere quòd ſcientia Topica ſit poſponenda libro poſt. quia liber poſt. eſt de re faciliori eſt falſum immò Ar. 71. p. poſt. difficile eſt dum demonſtramus, quia cadunt errores, nam videmus cauſam eſſe neceſſariam, & putamus, quòd ſit per ſe, & eſt falſum p. poſt. 38 ſic dum habemus regulas poſterioriſticas, ſumus dubij ſi ſcimus, ſed oportet ſcientem eſſe, vt ſit certus ſcientia ſua, regulæ verò Topicæ ſunt notiores, quam ſcientiæ eſſentiales, quia eſſentialiora ſunt pauciora, & cum ſint pauciora, ſunt minus nota, entia verò communiora ſunt magis nota, meritò non eſt aſcribendum Auer. quòd liber poſt. debet præponi, quia eſt de bonitate, & facilior, immo ait Auer 4, quæſito poſt. ſyllogiſmos Topicos etiam priores, quo ad nos quàm demonſtratiui: patet ergò p. pars

Secundo.

Tertio.

pars quæſtionis de ordine. Nunc agrediamur ſecundam, ſ. vt liber poſt. comparatur libro Topi. Auer. hãc partem abſoluens duo facit, ponit p. veritatem, ſuámq; opinionem, deinde quia ſermo verus non tantum habet veritatem dicere, verùm contrarias ſoluere rationes: Ideò habet repræhendere Auice. Prima verò ratio hæc eſt, dicit ipſum librum poſt. immediate ſequi librũ priorum, eſſe manifeſtum, ſed eſſe ante librum Top. eſt dubium: pro quo ſciendum, ordinem eſſe in duplici differentia, quidam eſt ordo neceſſitatis, & bonitatis, ordo bonitatis, eſt ad melius v. g. liber de primis principijs phy. hic liber non poteſt inueſtigari, niſi incedamus ab effectibus, eſt liber de animalibus, qui eſt præpoſitus ad bene eſſe, quia animalia hæc, ſunt magis nobis prompta, & ſic rem præponi alteri ſtat duobus modis, vel eſt propter melius et nobilius, vel propter melius neceſſariò: quo modo ergò liber poſt præponitur, dicit Auer. non eſt aliqua res cogens hunc librum alijs particularibus eſſe pponẽdũ. Sup quæ verba dicũt moderni nõ neceſſario ſequi, & poſtea in arguendo dicunt Au. intendere ordinẽ neceſſitatis in arg. facto ſicut finis ad finẽ ſic: ergò ordine neceſſitatis ẽ impoſſibile. ſed volumus præponi, quia medium eſt magis intentum, ergò eſt præponendus ordine nobilitatis, ergò non ordine, necesſitatis, neque ordine facilitatis, quòd eſſet contra Auerroem in Epitho. Logi. quæſito 4. vbi dicit ſyllogiſmus Topico. eſt prior ſecundum noſtram notitiam, quam ſyllogiſmi, qui ſunt ex præmiſſis per

Secunda parſ quæſiti.

ſe

ſe, immò dicebat 1. po. 38. et 41. ò vtinam ſcirẽ quando de monſtro ex primis, hæc eſt opinio Auer. tamen hoc ſic quæſito: dicit Io. Berardinus in hoc ẽ dubiũ, ſed Auer. probat aliud, quòd debet præponi ordine neceſsitatis, & hoc dicit Auerro. in ſecunda parte dum reprehendit [*Obiectio. ꝓ or. neceſsitatis.*] *Auicen. ſed dubitatur quando dicit Ariſto. finis demõſtrationis ẽ ſcientia, finis vero Top. ẽ opinio, opinio nõ põt ſciri, niſi ſciatur ſciẽtia, ad ſciendum verò ſciẽtiam non eſt inſtru. niſi li. Poſteriorũ ergo neceſſario præponitur libro Top. cum liber Topi. non poteſt cognoſci ſine libro Poſteriorum.* [*Sol. Berar. & per rões.*] *Hæc poſitio eſt dubia de mente Auerrois qui dicit, non eſt res cogens ∴ propterea probat Berardinus, quòd debet præponi ordine neceſsitatis.* [*Opnio moder. ꝙ neceſſario.*] *Sicut ſe habet finis ad finem, ſic ſe habet inſtrumentum, ſed finis Top. opinio: non cognoſcitur, niſi per ſcientiam demonſtratiuam, ergo oportet 1. neceſſariò callere librum Poſteriorum poſtea verò librũ Top. hæc opinio eſt Pauiſij, & Berar.* [*Confutatio & melior infra.*] *Auerro. in hoc negat proportionem dicens, dato, & non conceſſo, quòd finis Top. non poteſt ſciri ſine demonſtratiuo, tamen, non ſequitur ergo liber poſt. neceſſaro præcedit librum Top. Propterea agrediamur alteram partẽ in qua reprehendit Auice. ideò dicit, ſunt quidam qui volunt librum Topi. eſſe immediate ponendum poſt lib. priorum, & ante librum poſt. duo ſunt potiſſima argumenta, quæ Auerro. duxit de mente Aui. p. Sicut ſe habet in ſcrutinio in acquirendo habitum; ſic in regulis, ſed in ſcrutinio primo inueſtigamus per*

regulas

Pri. ratio Auicen.

regulas topicas, 2. per demonſtratiuas, à pari primò debemus callere regulas, in logica topicas, 2. regulas demonſtratiuas, vnde habitus Topicus eſt præponendus in ſcrutinio? Addunt moderni, & volunt quòd Topicus liber eſt vniuerſalior, Auer. dicit, quòd non valet conſequentia, adeò quòd in ſcrutinijs primo debemus ſcire regulas Top. 2. demonſtratiuas, non valet conſequentia, dicit Auer. ſcilicet, quòd liber Topi. debet præponi libro poſt. quia non ſic ſe habet in regulis tradendis, ſicut in eorum vſibus in ſcrutinio; & Sciendum, quòd quæſitum Topicum, & demonſtratiuum hæc ſunt vniuerſalia; & idem quæſitum quod inueſtigatur demonſtratione, inueſtigatur Topicè, vt materiam primam, poſtquam Ariſ. demonſtrauit, voluit ipſam opinione Topica confirmare; non ſic ſunt cohartabiles regulæ, quia ſunt diſperatæ, quia poſſumus ſcire regulas demonſtratiuas ſine Topicis, & è contra, hoc ergò Auer. ſupponens negat conſequentiam, & dicit, cum ſcio regulas Top. non ſcio demonſtratiuas, i. regulæ top. non continent poteſtate demõſtratiuas contra modernos, i. licet Regulæ topi. ſint vniuerſaliores, ſed non ſunt vniuerſaliores proprijs, vt animal, & homo, non poſſum ſcire hominem ignorato animali, ſic licet regulæ top. ſint vniuerſaliores, tamen non propriæ, quia ſunt diſtinctæ, ſic ergò quando dicit ab vniuerſali eſt inchoandum i. ab vniuerſali eſſentiali ipſi particulari, vt antequam ſcio de corpore cæleſti in particulari, prius de vniuerſali, ſic licet

Solutio.

Queſita Top. aliq. idētificātur cum dem.

regulae

re caleſti in particulari, prius de vniuerſali, ſic lice t regulæ Top. ſint vniuerſaliores, tamen non ſunt communiores, poteſtate continentes species: ergo non ſunt vniuerſaliores proprijs, ſed ſunt vniuerſaliores longin quæ, & ſic duplicem dat ſolutionem Auer primo, quia non valet conſequentia, et 2. quia non ſunt comunes proprijs 1. non ſunt ſcibiles ante demonſtrationem quia in cognitione demonſtratiuarum regularum, non vtimur Topicis, non ergò Auer. negauit librum Top. eſſe vniuerſalem, ſed non eſſe vniuerſalem eſſentialem, vt male iſti volunt. 2. ratio Aui *Secunda reſponſio potiſsima quam conſtruit Auice. dicit vniuerſaliora debent præponi rebus particularibus, Auer. qui dicit, quòd eſt vniuerſale longinquum, dicit omne demonſtratiuum eſt probabile, ſed non è contra, ergo ſequitur, quod ipsa probabilitas eſt prima, tanquam comunior: Auer. in hoc ſtat in primo reſponſo, Unde dicit dubium ſuum concluderet, ſed errauit errore manifeſto, ſed tunc conclu deret, quandò in logica haberemus præmiſſas, vnde A uer. dat duplicem reſponſionem, s. ſcilicet oſtenſiuam, &* 1. ſolutio *fidudicialem, primo concedo quod res Topice debent præponi demonſtratiuis, tamen non ſeqnitur, ergo liber Top. præcedit, quia in logica non docemur præmiſ ſas, ſed regulas: Unde argumentum ſuum valet de* 2. ſolutio. *rebus, non autem de regulis: Dat ſecundum reſpon ſum oſtenſiuum, dicendo, negamus quod omne demon ſtratiuum eſt Topcum quia dantur principia experta, vt dignitates, quas ſcimus, & ſcientia illarum non*

T eſt

eſt opinata, quia neſcimus vnde & quando euenerunt, & ſic in rebuſmet habemus, & quod non omnis res demonſtratiua eſt probabilis, & ſic dato quod log. tradat res, adhuc non habet intentum, & quod peius dicit Auer. cap. penultimo 1. poſt. quòd ſciuntur per inductionem facientem ſcire vniuerſale verum; Auer. ſoluto dubio, adhuc replicat, ex aſſertis partis aduerſæ, probans potius rē topicā indigere demonſtratiuis, quam è contra, dato, & non conceſſo, quòd de rebus: dicit modo cum dixit hoc, dicit immò fortaſſe ipſa probabilia indigent demonſtratiuis, modò Auer. non loquitur oſtēſiuè ſed ad hōm. s. ex dictis reſpōdētis: propterea dicit, ò Aui. topicæ res indigent demonſtratiuis, dicit Auer. per hoc aliquis diceret, quòd liber Top. indiget demonſtratiuo, quia opinio dependet à ſciā demōſtra. mō priuatio ē incognoſci. ſine habi. cū pri. ſit opi. ſciā ſit habitus, in quo reſponſo apparet quō Au. neget præmiſſas omnes Top. eſſe demonſtratiuas, quia in logica non dantur præmiſſæ, ſed regulæ 2. negat quomodo finis demonſtratiuus, habet iuuari à fine Topi. ſed dicit quòd valet è contra, & ſic habemus, quòd dum habuit dicere quod liber Top. indiget demonſtra-
1. *dubitatio.* *tiuo, non locutus eſt aſſertiue, ſed ad hominem. Sunt quædam dubia, 1. dicit Auer. ille ſermo eſt præponendus, qui eſt magis intentus, ſed doctrina demonſtratiua eſt magis intenta, ergo illa eſt præponenda alijs libris particularibus, huius contrarium dicit ipſemet Auerro. tertia diſputa. in Sol. 11. dub. contra Alga. ait ibi res Topicæ, ſunt magis dilectæ,*

modo illæ res debent præponi, quæ ſunt magis dilectæ, ſed regulæ Topicæ magis dilectæ, ergo præponendæ. Videtur ergo, quòd Auerroes ſit ſibi incõſtans. Secundò dubitatur, dicit Auerro. quòd opinio, & ſcientia, ſunt ſicut priuatio, & habitus: habemus cõtrariũ, quia primo eſt habitus: priuatio ſecundo, modò primò habemus opinionem, ſecundò ſcientiam, ergò priuatio, eſt ante habitum, ergo opinio non eſt priuatio. Præterea contraria priuatiua habent circa idem ſubiectum, ex quo ſequitur, quòd ſi opinio & ſcientia eſſent habitus, & priuatio, tunc omne opinabile eſt ſcibile: ſed Topicus verſatur circa opinabilia ergo omne opinabile ſcibile eſſet demõſtratiuum, quòd falſum, & ſic eſt magna repugnantia, quòd dantur res opinatæ ſine ſcientia, & è contrà. Eſt, & alia difficultas, quæ eſt Auerro. qui habendo ſermonem de regulis, de conditionibus regularũ Top. in Epit. leg. dicit, quòd regulæ Top. debent poni ante librum demonſtrationis, vnde Auer. de facto dicit ibi quod liber Top. debet præcedere. Vltima dubitatio occurrit, cum Auer. & Auice. ſint ancipites, et dubij circa ordi. nõ ne Au. et Aui. dubitãtq; li. Top. nõ ẽ pars log. quõ ergo vis, q; ſit ante lib. poſt. propterà Au. dixit ne fiat repetitio ĩ alijs lib. et ſi q ſũt alij, vtrũ ſyllo. Top. ælen. retho. et poe. ſint partes log. Dicit modò doctiſſimus Longus, quòd rethoricus ſyllogiſmus nõ ẽ logicus. Præterea Aue. ponit vnitatẽ lib. analyticorum, et vnũ titulũ, ergo neceſſariò præponitur lib.

2. *dubitatio.* · 3. *dubitatio.* · 4. *dubitatio.* · 5. *dubitatio.* · 6. *dubitatio.*

Opinio modernorum. *Top.* *Volunt moderni quod ſi opinio, & ſcientia ſunt oppoſita priuatiuè, ergo neceſſario ſequitur topicum poſtponi negotio demoſtratiuo.* *Cauſa allucinationis illorum eſt, quia putauere, quòd finis Top. & demonſtratiui opponuntur priuatiue, & quòd opinio ſit vera priuatio ſcientiæ, quòd falsum ſcitis, quòd priuatio, & habitus, circa idem ſubiectū, modo opinio eſt contingentium, ſcientia vero æternorum neceſſariorū.* *Secundo, hac priuatio quæ eſt oppoſita ſcientiæ, aut eſt priuatio logica, aut phyſica, ſi logica debet eſſe ſemper poſt habitum, ſi phyſica, eſt ante habitum, dicet ille eſt priuatio logica, hoc eſt falsum quia ſæpe ſæpius primo opinamur opinionem, ſecundo ſcientiam, ergo non eſt priuatio logica: nō eſt priuatio phyſica, que ē ante habitum, modo cum opinio quoq; fit ante ſcientiam quandoq;, & quandoq; poſt ſcientiam, ergo nulla iſtarum erit.* *Preterea ſi nos habemus, quòd opinio, & ſcientia, ſunt vere contraria priuatiuè ſequeretur, ꝙ quæſita Top. & Demonſtratiua, non differunt inter ſe, modò dicebat Auer. 3. quæſito: poſt. quòd differunt quæſita Top. et Demonſtratiua: modo ſi opinio, et ſcientia ſunt idem ſubiecto, & differunt priuatiue, ergo habent conſiderari vno modo, vnde illa eſt priuatio, quæ eſt negatio habitus, ſed Topicus conſiderat eandem rē vt demonſtrator, tamen diuerſo modo, ergo non habent opponi priuatiue.* *Propterea venit quæſtio quomodo opinio, & ſcientia ſunn oppoſita priuatiue: reſpondet huic Pauiſius, etiam, & longus, Nos autem quia vide-*

Margin notes: *Confutatio.* *Primo.* *Secundo.* *Tertio.*

videmus hanc rem induci à zim. In theo. 74. dicit Topicus præponitur ad exercendum, poſtponitur vero ad confirmationem, dubitat hic, & dicit, quòd negat Scotus, quòd opinio, & ſcientia ſint idem ſubiecto, & conſtruit rationem tali pacto, qui effectus ſunt incompoſsibiles: effectuū cauſæ ſunt incompoſsibiles, ſed opinio, & ſcientia ſunt effectus incompoſsibiles, ergo non ſtabit eadem res ſcita, & opinata: hanc rem; reprobat zim dicens, quod eſt allacinatus, quia quandoq; habemus ſcientiam, & tamē ſcientia ſtat cum opinione, ſed nos habendo ſcientiam, non dimittimus opinionem, quia ſæpe ſæpius vtimur topicis 1. & poſtea demonſtratiuis, propterea dicit opinio Scoti, dimittitur; Hec impugnatio zim. annullatur ab Auer. & Ari. 199. 1. poſt. dicit Auer. eſt impoſsibile eandem rem eſſe opinatam, & ſcitam, & ſequæretur nos dicere rē eſſe neceſſariam, & contingentem; ſed hoc eſt falſum dicere: ergò opinio zim. dāmnatur ab Auer. & ſic remanet primo Scoti. Reſpondet zim. & dicit, ꝙ duplex eſt opinio, quædam eſt opinio cum formidine ad oppoſitum. Alia verò ſine formidine, ſed ſæpe ſæpius ſine formidine, ſed contrà hoc arguo ſic, illa ſcientia eſt ſumpta cum formidine ad oppoſitum, quæ eſt comunis, & non propria, ſed Topicus, ſemper à communibus, & non à proprijs, ergo ſua ſcientia non eſt certa: modo illarum concluſionum veritas eſt impermutabilis à credulitate, quarum concluſionum principia ſunt impermutabilia à credulitate, ratio hac eſt

Opinio. zim. à ra.

Opinio Scoti per zim.

Confu. Scoti per zim.

Confutatio. Confutationis zim. de mente Auer.

Solutio zim.

Confuta. zim.

Auer.

Auer. 17. 1. poſt. dicit oportet principia eſſe per ſe ſcita, at què ſcientē eſſe impermutabilem, modo Topicus caret principijs certis, & habet principia indefinita, ergò ſcientia top. eſt cum formidine, in eodem com. habet dicere Auer. quod ſcientia topica eſt vana, quia eſt im perfecta, & per indefinita, præterea ſi topicus eſſet ſine formidine, haberet ſyllogiſmum certum, haberet præmiſſas proprias in ea daretur reſolutio, modo dicit Auer. quòd eſt impoſsibile inuenire numerum præmiſſarum topicarum ergò ſemper eſt cum formidine ad oppoſitū, & ſi neceſſarias præmiſſas aſſumit illas non vt tales ſed vt opinabiles, & probabiles ponit. Propterea venit opinio Longi, qui tenet opinionem eſſe vere priuationem, quia ſunt circa idem ſubiectum, ergò eadem res eſt opinata, & ſcita, ſi circa idem ſubiectum ſunt, dicit, ꝙ ſtat multum bene, & eandem rem ſciam ſcientificè ſciri opinatiue, quia aliquandò demonſtramus, & putamus non demonſtrare primo poſt. 38. Sed quis dicet ergo neceſſarium, eſt contingens, dicit apud diuerſos, concedo rem ſcibilem poſſe opinari, tamen non omne opinabile, eſt ſcientificum, quia opinio eſt verorum in minori parte, ſcientia vero eſt ſemper verorum neceſſariorum atquè ſempiternorum, quia res opinabilis, ſemper eſt opinabilis in ſui natura, & ſic datur opinio ſine ſcientia, & non ſunt oppoſita priuatiue iſte doctiſsimus Vir aſſerit. Reſpondet, & dicit, quòd ſtat multum bene, quòd opinio, & ſcien-

Reſpon. Lōgi mei Pracep.

tia

tia ſint compoſsibiles de eadem re, tamen reſpectu diuerſorum „quia apud aliquem eſt ſcientia, & apud aliquem eſt opinio. Dicit Zim. quòd non valet ſolutio, quia videmus Ariſtotelem in eadem ſcientia poſt rationes demoſtratiuas in eodem inſtanti inducere Topicas ergò opinio, & ſcientia ſunt compoſsibiles reſpectu ſui. & vnius, non autem reſpectu diuerſorum: Hæc reſponſio reiecta à Zim. eſt rei veritas, quæ eſt recitata ab Auerroe 197. primo Poſteriorum dicit Auerro. quò. ſi opinio, & ſcientia ſunt compoſsibiles. eſt reſpectu diuerſorum, ſed quomodò Ariſt facit demonſtratiuas, & poſtea topicas idem author? Dicamus quod ſunt multa genera hominum, modo Ar. cum inueſtigauit ſcientiam demonſtratiuam, Ariſt. videns homines, qui ſemper volunt opinionem, ſic apud illos habet inducere opinionem topicam, vt bene Auer: ibi adnotat, & ſic remanet, quod opinio, & ſcientia ſunt duo habitus intellectus, tamen diuerſo modo, quia ſcientia ſolum eſt neceſſariorum, opinio vero circa contingens, & ſic defendimus modernos, in vno; in alio minimè .s. quomodò ſunt compoſsibiles de eadem re, ſed non in alio, quia non volumus oppcni priuatè. Succedit modo contradictio poſita à nobis, & dicit, quòd Auerro. in 3. diſp. contra algaze.s. in diſputatione metha. in ſolu. 13. dub. quòd ſermones Topici ſunt magis dilecti. modo ille liber debet præponi qui eſt magi dilectus: ſed regulæ logicæ ſunt magis dilecta, ergo liber

Confu. Zim.

Solu. rationis Zimaræ.

Top.

Solutio pri. dubitationis. top. debet præponi libro poſt. Dicamus, quòd eſſe magis dilectum aliquod ſtat duobus modis, vno modo apud inquirentem ſcientiam ſcientifice, aut eſt res magis dilecta apud vulgum, & apud iſtũ, ſemper primo eſt vtendum rebus magis vulgatis, & famoſis clarius Auer. in ſecundo iuuamine, quòd narrat in lib. Top. dialettica ſcientia iuuat rethoricum, quia apud vulgum ipſe res Topicæ ſunt magis dilectæ, & ſic res Topicæ non ſunt magis dilectæ apud ſcientes, ſed ſolũ apud vulgares. Succedit & alia contradictio, quæ dicebat, quòd edoctio regularum Topicarnm eſt poſt ſyllogiſmum, & ante librum demonſtrationis. Sol. 2. dubita. per longum. Reſpondet Longus, & dicit, qnod non valet Auicen. ꝙ ſicut vſus ad vſum, ſic liber ad librum, dicit non valet arguere à ſcientia ad inſtrumentum, valet ergò ꝙ demõſtratio ſit poſt topicum, ad vſum, non autem ad traditionem regularum. Confutatio. Hæc ſolutio non tuta quia ibi Auer. vult ſine dubio, quoòd liber top. ſit ante librum demonſtrationis. Nos pro hoc dubio ſoluendo Uera ſolutio. primo volumus opinionem Auer. confirmare, & eſt Rõ ad hoĩem ꝙ nẽciatis ordine præcedat ſciendum, quod Ar. vt definiret ſyllogiſmum Topicum, non poterat illum definire ſine cognitione Demonſtratiui: nam ſyllogiſmus Topicus eſt ille, qui conſtat ex veris probabilibus, ergo primò debemus ſcire ſyllogiſmum Demonſtratiuum. Clarius ſecundo elenchorum 3. dicit, quòd triplex eſt habitus, s. doctrinalis, probabilis, & ſophyſta, de doctrinali dicit dictum eſt in analyticis, de probabili dictum eſt prius, exponit Auer.

Auer. dicens, dictum eſt de ſyllogiſmo in lib. poſt. & dictum eſt de ſyllogiſmo probabili prius ideſt immediate poſt librum demonſtrationis: Reſpondetur modo, ad Auer. quòd liber Top. ſic ante librum poſt. & opinio famoſa ideſt eſt opinio Auic. & Philop. modo ſtat bene quòd Auer. tractat de regulis topicis, quia in compendio ſuo præponit regulas Topicas demonſtratiuis: dicimus quòd ibi ſeruat ordinem communem, qui ſolebat admitti ab antiquis, & ſic ibi præponit regulas Topicas, vt ſeruaret ordinem comunem antiquorum, & ſic ille locus non patitur gloſam, tamen hîc .s. in hoc prologo Auer. proprio marte reprahendit Auic. ſed quòd peius, Auer. in 42. 2. poſt. videtur ſibi contradicere; dicit Auer. quod ſi ſunt cauſæ extrinſeccæ notæ, valemus quid notificare; ſed quandò illas etiam ignoramus; dicit debemus recurrere ad Topicum, qui Topicus tradit regulas; ad demonſtratiuã & topicam definitionem, dicit ergò quòd demonſtrator a topico ſumit, ibi tradit loca vniuerſalia, vt inde ſumantur loca demonſtratiua, quaſi quòd dialecticus hẽt arguere ex vtriſq; ergò duo habemus hîc primò, quod logicus, ideſt topicus habet tradere definitionem eſſentialem, ſecundò quod tradit regulas vniuerſales deſeruientes arti demonſtratiuè. Circa primam partem, poteſt reſponderi, quod verũ ẽ quod definitio habet tradi à topicò, tamen definitio eſt duplex, s. demonſtratiua, & dialectica. Contra 2. poſt 3. quod demonſtrator ſumit à topico, dicit Auer. quòd differt quid topicũ,

Contradic. in dictis auer.

Solu. contradictionis.

Confutatio.

V & demon-

& demonſtratiuum, nam topicus tractat de illo eſſe quòd eſt in anima, ideſt pro eſſe opinabili, demonſtratiuus vero, vt eſt definitio vera, ſi ergo ibi Auer. ſpecificat topicum, & demoſtratiuum, quomodò ergò dicit, quòd habet vti Topicus definitione, vt confert ſciẽtia demonſtratiuæ, dicas illos diſtinxit ab eo quod propriè illis competit, 17. 1. poſteriorum: quia demonſtratiuus per ſe verum, & Topicus non: licet iiſdem, Topicus de vtriſq; definitionibus ꝑ eſſe in anima: ꝓquo ſciendum quòd Auerro. circa ordinem libri priorum, & Topicorum dixit contra Auice. quòd non eſt verum, quòd omne demonſtratiuum eſt probabile, vt ſunt dignitates, quæ ſunt veræ, & non probabiles, eſt etiam ſciendum, quòd præmiſſæ accipiuntur pluribus modis; vno modo, vt ſunt poſitiones, alio modo vt ſunt concluſiones, alio modo vt dignitates, Auer. modo in quo facit inſtantiam, non de poſitione, non de concluſionibus, ſed de præmiſſis vt ſunt dignitates, quæ ſunt expertæ carentes probabili ſcientia, vnde Auer. fecit inſtantiam, quòd non omne demonſtratiuum eſt probabile, vnde tenemus, quòd prĩcipia demõſtratiua in maiori parte poſſunt à Topico, licet aliquando non quia paucæ ſunt dignitates, dicimus ergo quòd frequenter principia demonſtratiua poſſunt aſſumi à top. licet nõ ſẽper: propter dignitates. Secũdo addimus 14. 1. po. prĩcipiũ ẽ duplex. s. dignitas, et poſitio, adhuc hẽt diuidi in ſuppoſitionẽ, et defini. vnde defini. ẽ ſpecies poſitionis, an in quantum dicit eſſe, vel non eſſe, hoc eſt falſum, ſed eſt

Vide Gabau. 1. de aïa com. 7.

Vera ſolutio.

Baldu. 1. poſt. 14. reproba.

eſt poſitio, vt dicit quid, & non vt dicit eſſe, vel non eſſe, ſed Auer. 70. 1. poſt. dicit quòd definitio eſt poſitio, in affirmãdo, et negãdo nõ ergo eſt dubiũ, & prohibitũ, Topicũ conſiderare pramiſſas Topicas, & demonſtratiuas, tamen vt dicunt opinionem, & dialecticam, vnde ſicuti valet, Topicus verſari, & vti definitione definitiua quæ eſt parſe nota, etiam valebit ad illam quando eſt ignota, quia omne ens eſt ſuum obiectum. Sed quomodo eſt hoc, definitio dialectica eſt illa, quæ eſt vera in maiori parte, Topicus vero de vtriſque definitio eſt vera frequenter, definitio verò demonſtratiua ſemper vera, tamen habet abſolui à topico pro ſpetie probabili, & ſic topicus de duplici definitione, ideſt poſsibili, & demonſtratiua, licet ambas pro eſſe opinabili, vnde res Topicæ appropiatæ Thop. ſunt veræ in maiori parte ideſt top. ad oppoſitũ, et cum formidine habet dicere verũ. Dicit Au. ſi datur cõtingentia ad oppoſitũ, et hæc fuerit ĩ minori parte, ẽ Top. ſi æqualiter, oratoria &c. 17. 1. poſt. tamen non dicit, ꝙ in maiori parte top. circa entia: et dicitur ꝙ Topi. verorũ in maiori parte intelligitur, quandò hẽt materiã aliã à demõſtrati. ideſt quãdo non põt ẽe demõſtra. et hoc mõ ĩtelligitur in 1. po. 17. ſed circa õe ẽs dũmodo veritas ſua, ſit in maiori parte, & formido, ſeu cõtingẽtia oppoſita, ſit in mĩori par. Unde dicimus ꝙ Top. de definitõe, vt qd eſt in aĩa, licet eadem quæſita ab vtriſq; tamen ſcientificus vt eſt extra et verũ ſĩpliciter: ſi ergo habet ſpecificari, quomodò habes, ꝙ quæſitũ demonſtratiuũ à topico

habet inſtigari; Dicimus, ꝙ Auer. non negat quæſita demonſtratiua tractari à topico, tamen diuerſo modo. nam à demonſtratiuo, pro eſſe veridico, Topicus vero de eadem re, prout eſt opinabilis, & ſic ille tex. non eſt contra nos, ſed pro nobis, & ibi, vnde dicitur, quòd quando cauſæ diffinitiuæ ſunt ignotæ, & illas tantum per accidens, idest à poſteriori ſcimus, dicit Auer. ex perfectione artis definitiuæ eſt ars topica adiuuans, & probans prædicatum, ex talibus cauſis, eſſe definitionem, idest ad complementum, quia ſciã cauſarum definitiuarum eſt ſcita per accidens, dicit Auer. ad maiorem ſcientiam, & ad artis definiendi perfectionem, dicit eſſe recurrendum ad topicum, quia præbet regulas, quibus, & demonſtratiuè, & Topicè, omnes definitiones habẽt verificari, tamen pro eſſe in anima idest opinabili, tantum: Dices, ergò ars Topica eſt perficiens, dico, ꝙ non dicit Auer. quòd ars Topica perficit, ſed dicit ad perfectionem artis definitiuæ, dicit etiam adiuuari, à Topica tantum perficitur, non ſciã definitiuarum partium, quoniam demõſtratione quia ſcitæ ſunt, ſed ad perfectionem artis definitiuæ idest quòd nihil derelinquatur pro notificanda definitione, quacunq; via, remanet ergo de mente Auer. librum Topicorum debere poſtponi libro poſt. ordine nobilitatis, non autem ordine neceſsitatis contra modernos.

DE PROPORTIONE.

SUccedit modo caput de Proportione, an proportio debet cõſiderari ab expoſitore ideſt à commentatore pro libelli introductione, dicendum quòd ſic, & quid eſt proportio, eſt quædam analogia, vt præpono libros de *Quid propor.* *principijs ad principiata, vt liber perhiermenias, eſt liber de principijs, reſpectu librorum logicalium, & ſic proportio, eſt comparatio inter primam atq; partem ſecundam, & ſic cum ſimus logici, oportet ſcire quid ſit pars prior, & poſterior, cum ergo iſte liber ſit pars logices, debemus ſcire quomodo proportionatur ad reliquas partes. Secundo ſcitis, quòd in omni negotio debet eſſe ſubiectum principale, reſpectu cuius aliæ partes dicantur ſeruiles, & proportionatur, merito dicimus cùm iſte liber ſit pars logices, quærimus inter partialia ſubiecta logicalia, quæ ſunt ſecundo intellecta,* *Opinio Auer.* *vtrum liber poſt. ſit proportionabilis alijs partibus logices, & ſic tenemur de proportione verba facere. Auer. immediate habet dicere, quòd illa proportio eſt huius libri ad alios, vt domini ad ſeruum, ergo alij libri habent ſeruire libro Poſt. in genere, tanquam ſeruiles, vnde hæc pars eſt illa cui aliæ partes proportionantur, ſed vtrum hæc pars ſit definitio an demon-*

ſtratio

ſtratio eſt obſcurum: ſufficit quòd hic liber de vtriq́;,
Dub. potiſs. in *ergo reſpectu aliorum eſt pars potiſſima. Quid*
verrbis Aue. *per quinque partes, dicit Angelus Thius, loquens*
de proportione, non dicit quinque, ſed dicit & aliæ
Fuga iunio- *quatuor partes. Eſt alter nomine Sarnenſis*
rum. *qui dicit & peius, quinque ideſt quatuor, ſed Auer.*
in hac re eſt ſatis dubius, qui loquens de locis Topi-
cis, dicit, & regulæ Topicæ habent adiuuare demon-
ſtrationes, & non ſolum demouſtrationes, ſed & ce-
teras quinque partes. Clarius in quæſito de ordine
Corroboratio *prædicatorum per quos fiunt syllogismi Categorici col.*
dubitationis. *ſecūda dicit hìc docemus, regulas quæ debēt legi ante*
librum de demonſtratione, & aliarum quinque artiū,
Primo. *vnde videmus tantam repetitionem, quinque quòd*
dat nobis cauſam dubitandi. Ex alio latere dubita-
Secundo. *mus quod non ſunt quinque partes, ſed tres: non ne*
Ariſto. 1. alenchorum 2. dicit quòd tres ſunt habitus
Tertio. *syllogizzandi. ſcilicet ſophiſtici demonſtratiui, & topici,*
& ſic non quinq́; ſed tres. Tertio nec tres, ſeb duo, dicit
Quarto. *Auer. in cap. de ordine duas eſſe ſpeties præmiſſarum,*
per quas fiunt syllogiſmi pfecti. Quarto & in hoc pri-
mus inter modernos ē Anto. Mirandulanus, qui ne-
gauit artem topicam à logico; quā opinionem ſumpſit
Quinto. *Pauiſius, qui voluit partem topicam non eſſe logicam,*
ſed rethoricā, reſtat ergo ꝙ ſint ſolū duæ partes. Quīto ꝑ
Au. 1. ælencho. 2 dicit quatuor eſſe ſpeties syllogiſticas
Seſto. *omnes, dimittens poeticam, & nō alias, vide varietatē.*
Adde ex Auer. quòd liber ælenchorū ars tentatiua,

eſt

eſt pars dialectices, ſi ergo dialctica non eſt logica, & tentatiua eſt pars dialctices, & ſic reſtat quòd vna eſt pars, et quòd demonſtratio non ſit tanquam domina, cũ non habeat ſeruos, ſcilicet alias partes, quæ haberẽt illi deſeruire, quõ hoc intelligatur videbimus virũ neceſſe ẽ deuenire ad expoſitionem vnius verbi, ꝙ dicit Auer..s. cetera quinq; partes habent proportionari huic parti ſicut ſeruus ad dominũ. Sciendũ ꝙ duæ ſunt traductio nes, Buranæ .s. atq; Abrami de balmes, quæ ſatis ſũt diuerſæ, ſciendum ẽt quod Auer. habet facere comparationem omnium partium logicalium ad demonſtrationem, vnde comparat præcedentia, & ſubſequentia, vnde dicit immediate quod pars ſyllogiſtica quæ ẽ cõis topico, rethorico, ælencho, &c. habet proportionari ad demonſtrationem, ſicut ad finem. Aliæ vero partes habent proportionari ad demõſtrationem, vt ſeruus ad do minum, vnde diuerſa ẽ proportio, ſubſequentis, et præce dentis, nam licet præcedentia, ordinentur ad demõſtra tionem, ſicuo ſeruus, tamen eſt compoſitiuũ finis, cetære autem partes, licet habeant ſeruire, tamẽ nõ faciũt ad finem, quia ſine topico, & ælencho poſſum facere verã ſcientiam, ſed ſolum habent induci propter confirmationem, addit Auerrois dicens, & ceteræ quinque partes, vnde demonſtrationi habent proportionari ceteræ quinque partes, dicit Auerrois proinde, quaſi concludens, quomodo prodortionantur tàm pars cõis, quàm quatuor aliæ pa rtes, et ſunt ſimul quin que, dictũ eſt à nobis ſæpe ſæpius, et picemus ꝙ dãtur ſex partes logi. vna vniuerſa. et quinq; particu. hoc dicitur

Sol. ꝑpria. ad difficultatem.

in prologo ab Auer. pars comunis vt liber priorum: dicimus ergo quod dantur quinq; partes propriæ, vnde pars comunis eſt etiam proportionata ad demonſtrationem, & eſt vna quinq; partium, etiam habent proportionari, ſicut ſerui ad dominum, hæc expoſitio Buranæ non poteſt ſtare .s. dicere, quod pars comunis habet proportionari ad demonſtrationem, vt finis ad finem, & ceteræ quinq; partes habent etiam proportionari. Unde vult, quod præter proportionem comunem: dantur aliæ quinq; proportionabiles, tamen vult quòd pars comunis nō ponatur inter partes quīq;: poſſet dici, Buranæ introductionem eſſe falſam Auer. cap. de locis Topi. dicit aſsignabo regulas comunes demonſtrationi, & alijs quinq; speciebus, .s. ceteris quinque, vnde habet repeti ſæpe hoc dictum, quinq;: eandem rem Auer. cap. de ordinibus prædicatorium per quæ fiunt syllogiſmi cathegorici, Dicit hîc narrabo regulas comunes demonſtrationi, & alijs quinq; partibus, vnde maxima eſt difficultas de mente Auer. dari vnā partem communem, & extra illam: eſſe ſex alias partes: ad corroborandum hoc, eſt ſententia Auer. cap. de ordinibus, dicit & hec pars logices eſt neceſſaria, & debet legi ante librum de syllogiſmo, & poſt librum demonſtrationis, ergo eſt pars figuralis, poſt syllogismum & ante demonſtrationem? In primis pro defenſione Buranæ ſciendum, quòd illa pars comunis syllogiſtica eſt ſubdiuiſa: quædam pars comunis docet modos syllogiſmi actualiter concludentes, ſcilicet docet combinationem

Dubia poſitio Bura.

Defen. Bura.

tionem

tionem in aarij, ferio & hac combinatio tradita in libro priorum eſt comunis, eſt alia pars comunis quæ eſt neceſſaria poſt librum demonſtrationis i. ſyllogiſmi quā docet regulas, nō actu, ſed poteſtate, ſcilicet per quas poſsimus in noſtro arbitrio concludere, vt ſi videbimus aliquot prædicatū negatum ab vna ſpetie, non eſt affirmabile de toto genere, vt viſio Talpæ, ergò viſio non eſt aſsignabilis omni animali, vnde hæc eſt regula concludendi poteſtate, quia non facio modum, neque figuram, & vterq; labor, & vtraq; compoſitio eſt generalis, ſyllogiſmus. in lib. priorū vnò examine tradit modos compoſitos, & dedit regulam comminandi, vt ſi ſi, A, de, B, & B, de C, Auer. ne nos ducat p regulas obſcuras, voluit tradere has regulas, non actu, & poteſtate concludentes ſed poteſtate tantum, hoc ex Aue. cap. de ordine: quo fiunt ſyllogiſmi cathegorici. quando dicit, regulæ prioriſticæ ſunt duobus modis, aut actu concludentes, tunc, vel de eiſdem tractamus in quantū ſunt dantes poteſtatem concludendi, & eſt vna pars cōis, dicit Auer. & hec eſt vna pars neceſſaria logices, poſſumus ergò dicere, de mente Buranæ poſt compoſitionem de ſyllogiſmo in quo docemur regulas actu concludentes, datur alia pars comunis, quæ non actu, ſed poteſtate habet concludere, dicit Auer. et hæc pars logices debet legi poſt librum de ſyllogiſmo, & ante librum demonſtrationis, ergo hæc pars eſt alia ab illa vniuerſali actu docente ſyllogizzare, ergo ſi ponitur alia pars ſunt quinque partes iſtæ, *Ad ſecundū.*

X ſed

Expõ alterius loci.

ſed quomodo reſpondetur ad Aue. in locis Topicis, vbi dicit narrabo regulas comunes demonſtranioni, & cæteris quinq; partibus. Reſpondet ibi Auer. & dicit ſciendum eſt, quòd iſtæ regulæ ſunt in duplici differentia, quædam generales competentes omni ſpeciei ſyllogiſmi: quædam verò appropriatæ topico negotio: dicit modo primo docemus regulas communes .s. dictum de omni ex tribus terminis componi, quæ regulæ ſunt communes omnibus ſpetiebus, quæ regulæ communes habent competere demonſtrationi, & cæteris quinque partibus. Sciendum eſt etiam, quod nomen demonſtrationis biſariam poteſt conſiderari, aut fuſius, aut proprie, communiter pro omni ſpetie ſyllogiſmi, Aue. in præfatione libri prædicabilium dicebat, hæc quinque prædicabilia sũt vtilia diuiſioni, & demonſtrationi quoniam prædicata demonſtrationis, ſunt quinque prædicabilia, & demonſtrationis partes, ſunt hæc quinque, vtiq; ibi habet ſumi demonſtratio pro ſyllogiſmo: Similiter vtitur Ariſt. in 1. prio. 26. vbi dicit omne quòd ſcitur, aut ſcitur inductione, aut demonſtratione 1. ſyllo: idem Auer. canit in primo com. 1. poſt. modo dum dicebat Epit. de locis top. res omnes ſunt conuenientes demonſtrationi 1. ſyllogiſmo, & ceteris quinq; ſpetiebus ſyllogiſmi, demonſtratio vero quæ eſt propriè, eſt vna ſolum ſpeties, ſed dubium eſt modo de mente Auer. cum dixerit ſupra, quòd nos primo de ſyllogiſmo ne fiat repetitio, quia trattare de principijs Topici, & demonſtrationis, oportet facere, traductionem

Demonſtratio dupliciter.

Dubio.

electi-

electiue de ſyllogiſmo, & ſi quæ ſunt aliæ ſpeties ſyllogiſmi, ergo Auer. dubitat, quòd non dantur aliæ partes: Auer. hoc met ibi habet dicere cap. de ordinibus, pes quos &c. & dicit quinq; ſunt partes logices particulares, s. retho. poetica, demonſtratiua, Topica, & alencha, ſcientia retho. & poetica non faciunt ad ſcientiam ſpeculatiuam, Topica vero ſcientia facit ad ſpeculationẽ, vt hæ regulæ topicæ habent induci poſt veritatem ad confirmationem; vnde pars Topica, eſt pars neceſſaria logices, & Auer. non loquitur de alẽcis, ergo quinq; ſpetierum, duæ ſunt partes neceſſariæ, & tres non, licet dicat Auer. quòd tres ſunt ſpeties ſyllogismi. Dubium erat de mente Auer. an ſint tres ſpecies ſyllogiſmi, vel quatuor, vel duæ. In primis eſt deciſio Iuniorum aſſerentium ſyllogiſmum poeticũ, & retho. non eſſe ſyllogiſmos veros; ſed apparentes, ſed quomodo apparentes, ideſt ſunt quaſi ſyllogiſmi s. cum proportione, adeo quòd illam proportionem, & vim, quam habet ſyllogiſmus, in ſyllogizzando, illam vim habet Enthimematicus, in Entimemate vnde differunt genere. Tum habent identitatem veriſimilem, & hoc modo reſpondent huic: ſuſtinet ergo tres eſſe veras ſpeties ſyllogiſmi. s. Topicum, ſophyſticum, & demonſtratiuum; Clarum eſt; quòd opinio Auer. ſit diuerſa, ab iſtis quia voluit quinq; eſſe ſpeties ſyllogiſmi, quòd hoc ſit verum illud eſt vere ſpecificatum ſyllogiſmi, quod contrahit ipſum per materiam, ſed de mente Auer. 17. 1. poſt. ſyllogiſmus habet contrahi, aut per materiam

Ad 3. & alterius locis expõ

Dubitatio.

Sol. Iuniorum de ſpeciebus ſyllogiſmi.

Reprobatio.

neceſſariam, & eſt demonſtratio, aut per rem veram in minori parte, & eſt rethoricus, aut vera in maiori parte; & eſt Topicus, aut tota falſa, & eſt Elenchus, ſed iſte ſyllogiſmus fit per quinque modos, ergo quinque ſunt ſpecies ſyllogiſmi. Sed dicet quis, concedo syllogiſmum eſſe contrahibilem per quinque, modos, ſed nego materiam Rethoricam, Poeticamquè dici ſpecies syllogiſmi, ergo hoc; s. forma ſyllogiſtica aſsignata in libro priorum eſt communis, aut non, dicit, eſt tantum competens ſyllogiſmo Elencho, Topico, & demonſtratiuo: hoc eſt falſum, quia illa forma eſt communis materiæ contingenti neceſſariæ, & de ineſſe, sed quinque ſpeciès ſyllogiſmi habent fieri in iſtis, ergo continentur ſub ſyllogiſmo. Et quòd peius, omne illud tale, quod regulatur per dictum de omni. & de nullo, eſt vere syllogismus, ſed dictum de omni eſt repertum in Entimemate, ergo Entimema eſt vere syllogiſmus; quòd Entimema habeat dictum de omni eſt clarum; quid eſt Entimema dicunt Iuniores eſt imperfectus ſyllogiſmus, quia habet ſolum vnam præmiſſam, ſed quare alia dimittatur, non quia non habet, ſed propter temporis breuitatem, dicit modo Ariſtot. cap. de Enthimemate, & ſi altera præmiſſarum proferatur, eſt perfectus syllogiſmus, cum ergo habet duplicem præmiſſam, vtique eſt vere ſyllogiſmus, hoc eſt Auerro. cap. de Entimemate in paraphraſi, dicit Enthimema habet duplicem præmiſſam, ſed vnam profert, alteram vero detinet in mente,

Marginalia: **Primo.** (beside "iori parte; & eſt Topicus"); **Secundo.** (beside "peius, omne illud tale")

te quia aut propter breuitatem, aut quia eſt ſuſpecta, quia non poteſt proferre omnes res vniuerſales, ſed ſi altera proferatur eſt perfectus ſyllogiſmus, modò proferre, & non proferre non eſt de eſſentia ſyllogiſmi, ergo dicebat Aris. 77. 1. poſt. negare aliquid in voce & non in mente nil inconuenit, vt negare in voce primas dignitates. Sed quod magis obſtat ſyllogiſmus definitus in libro priorum eſt notificatiuus naturaliter ignoti, Entimema,non valet ad ignotum naturaliter, hoc eſt Auerrois in primo com. modo omne quod eſt in genere eſt in ſpetie, modo ſi eſſet ſpeties Enthimema valeret ad naturaliter ignotum. Hæc poſitio eſt falſa: s. ꝙ ſyllogismus cathego. sẽper valet ad rẽ ignotã, et arguo ſic: sermones Top. an hẽnt ſemp induci ad notificandũ naturaliter ignotũ, ſi dicis sẽp, ſed p te Bal. logica. entia notificãtur topice, ergo ẽtia logicalia eſſẽt naturali. ignota, ꝙ negatur apud eos. Præterea ſyllogiſmus elenchus eſt ſpeties syllogiſmi ergò valet ad naturali. ignotũ, nõ qa hẽt præmiſſas falſas. Præterea nõ ne ſumus certi, ꝙ regulæ Top. hẽnt pponi biſariã, aut qa sũt notæ. nõ qa rẽ naturaliter ignotã notificãt, & ſic habemus quõ regula Topica valet ad ignotũ, modo syllogismus Topicus cathegoricus frequẽter fit, & non valet ad ignotũ: ergò neq; ſyllogismus in genere, ſed quomodo intelligitur Au. qui dicit ꝙ syllogiſmus diſinitus in lib. priorũ, ẽ ad ignotum naturaliter? Reſpõdetur hæc operatio, aut eſt eſſẽtialis ſyllogiſmo aut

Inſtantia ꝙ re tho. nõ ſit ſyllogiſmus verè.

Reſpõſio docẽs non ſemper cathego. ſyllogiſmo concludi ignotum naturaliter.

Nota.

aut accidentalis, dicit eſt eſſentialis, non quia, quòd competit per ſe generi, per ſe competit ſpetiei, ergo hæc operatio eſt per accidens. Illa competunt per accidens ſuperiori, quæ habent competere ſibi per inferiora, vt habere viſum non competit per ſe animali, ſed ſibi competit, quia competit tali, taliq; animali, ad propoſitum taliter quòd eſt operatio generis, vt competens generi, quia competit ſpetiei, & hoc non eſt vniuerſaliter, ergo eſt operatio accidentalis, & hoc demonſtratur a topico, ſed non ſemper topicus valet ad ignotum, ſic circa omne ens, ſi ergo topicus ſit verſatiuus circa omne ens, ergo circa rem ignotam, tamen topice, ergo habemus ignoti notificatiuum eſſe quondam accidentale ſyllogiſmo.

Quarto. Præterea motus vt motus, eſt protrahibilis in infinitũ, tamen vt talis motus, omne corpus vt corpus eſt augmentabile in infinitum, & diminuibilis: dicit non ratione generica, ſed ſpecifica, modo ignotum naturaliter inferre ſit quodam accidentaliter, dico non valere ad omnes ſpeties ſyllogiſmi: ſed ſyllogiſmus Entimematicus, cum ſit vere ſyllogismus vbi eſt factus, ergo ignotum naturaliter notificabit? non valet, ſed quare voluit Auer. ipſi ſyllogiſmo competere, ſ. inferre naturaliter ignotum. quia naturaliter ignotum non eſt ſcibile alia via niſi ſyllogiſmo, ſed non ſemper, ſed non valet è contra, ergo omnis ſyllogiſmus valet ad ignotum naturaliter, ſed qua cauſa Auer. voluit dicere naturaliter ignotum notificari ſyllogismo. Reſpondetur quoties ſunt quædam prædicata quæ non habent notificari

Quinto.

Quare syllogiſmus dicitur naturaliter ignoti notificatiuus.

cari niſi ſignãter modo ignotum naturaliter, non ſolum eſt notificabile ſyllo. ideo voluit denominationem ſumere ab excellenti, & cum inferre ignotum ſit nulli competens niſi ſyllogiſmo, ideo voluit ipſum nominare, & dicere ſyllogiſmum cathegoricum valere ad ignotum non quia ſemper, ſed quia ab illo ſolum habet inueſtigari, verbi gratia, Imperator eſt ille qui facit bellum, modo facere bellum non eſt ſemper Imperatoris facere bellũ, ſed quia ſolum habet poteſtatem facere bellum, remanet ergo, quòd ſyllogismus Enthimematicus, & rethoricus ſint veri ſyllogiſmi. Sed vltra hanc opinionem, eſt ſuſpectus Auer. qui dicit (& ſi quæ aliæ ſunt partes) cum dixit hoc, quia Auer. hic loquitur de inſtrumentis neceſſarijs ad ſcientiam ſpeculatiuam, diximus quòd ſcientia poetica, & rethorica ſunt inutiles ad ſcientiam ſpeculatiuam: ſcientia vero logica, eſt ſcientia dirigens: ſic ergo Ari. facit hanc ſcientiam nõ ad opus, ſed propter ſcientiam ſpeculatiuam principaliter, & quia illa demonſtratiuo, et topico syllogiſmo: tamen ideo dixit, vt dixit Auer. in prologo 1. Phy ergo ſequitur, quòd ſcientia logica eſt aſſignabilis per ſpecies .ſ. citra poeticum rethoricum: modo cum ſcientiæ illæ ſpeculatiuæ non indigeant iſtis, ideo dimiſit iſtas: ſed quid dicendum de ælencho. Dicit Auer. quinq; ſunt partes, ſ. ſpecies, ipſa autem rethorica, & poetica non conferunt ad ſcientiam neceſſario. dicit topica autem ipſa eſt neceſſaria, dupliciter, aut ad exercitium, aut ad gloriam, ſed de ælenchis cur non loquutus eſt. Reſpondetur, quòd ælen-

Quõ duas ẽe spẽs differit ꝑ logo phy.

Dubiū.

ælenchus ſyllogiſmus, non eſt vere ſyllogiſmus dicit Longus, quia aut falſam materiam habet, aut formam. Vtrum hæc ſpecies falſigrafa ſit alia ab iſtis quatuor, & ſi eſt alia cur ipſam dimiſit.

Propria Reſponſio.

Soleo dicere, quòd ſyllogiſmus ælenchus non eſt ſpetificatiuus à materia, nam dicit Auer. 1. ælenchorum eſſe duo, quòd oratio litigioſa eſt cum putatur eſſe vero, & probabilis abſq; eo quòd ſit ſecundum veritatem, idem dicit Auer. in eodem 1. ælenchorum cap. quinto, vbi ait quòd ars ælencha eſt quodammodo pars artis Topicæ, quoniam ſimiliter tentat vti ars quæ eſt Topica et ars ælencha habet ſimile vti ælenchis vniuerſalibus, licet vna s. tentatiua ad augendam diſciplinam, ælenchus autem propter fallere,

Replica.

Sed contra iſdem met Auer. dixit in 35. 1. poſt. quòd tentatiua ars intendit verſutiam, atq; gloriæ venationem dicitur de diſputãte intendere, & non de eo qui docet:

Reſponſio pri.

Reſpondetur quoniam tentatiua docet intendere intellectionem augendã propter victoriam, & verſutiam, & non propter fallere, & decipere, vt facit ælenchus: & cap. 11. dicit ſyllogiſmus litigioſus eſt qui apparet eſſe Topicus, & non eſt, ſed cum talis ſyllogiſmus affinis arti Topicę.

2. reſponſio.

Secundo dicitur, Auer. loqui de ſpeciebus ſyllogiſmi facientibus ad ſcientiam, & ſi dicitur per Auer 17. 1. poſt. quòd eſt per materiam diuerſam, diuerſa ſpecies. Dicitur eſſe nihil in ſe, ſed apparentem talem ſpeciem. Vel dicimus clariori reſponſo, cum ſyllogiſmus ælenchus ſit, vel alter dictus falſigraphus, alter litigioſus

gioſus, & falſigraphius eſt ille ælenchus qui apparet, & aſsimilatur demonſtratiuo, & non eſt, litigioſus autem eſt qui aſsimilatur Topico, & non eſt, ergo non habet ſpecificari à noua materia, ſed quia habet etiam verſari circa materias ſpeculatiuas ſyllogizzandi alias à ſe; idea dicimus comprahendi ſub illis veris ſpetiebus. Tertio reſponſo, poteſt dici fuiſſe dimiſſum, quia per illum Aelenchum non conſtituitur ſpecies ſcientiæ, vt hic dicit Auerrois duas eſſe ſpecies ſufficientes, & hoc ſimiliter in capite de ordinibus per quos &c. dicit enim rethorica & poetica non ſunt vtiles ad artes ſpeculatiuas, tantum meminit iſtarum duarum, quia vere ſunt ſpecies & poterant facere illacinari, s. quòd confundāt: ſed Aelenchus eo quia caret materia propria, ideo viſum eſt quomodo ſpecies ælenca, ſit ſpecies poſita ab Au. inquam syllogiſmi, & fuit dictum, quòd ipſe liber ælenchorum, nam ē niſi liber de ſyllogiſmo falſigrapho, ideſt apparenti topico vel demonſtratiuo, & non eſt topicus neq; demonſtratiuus. Verūtamen id quod facit dubium, adhuc hēt locum; dictum erat de mente Au. quinq; eſſe partes logices, ſcilicet demonſtratiua, topica, rethorica, poetica, & ælencha, duæ non ſunt neceſſariæ, vt poetica, & rethorica, hoc dicto, quia erat difficultas de dialectica, dicebat, quòd erat vtilis biſaram, aut ante ſcientiam, & erat ad exercitium, aut poſt ſcientiam, & erat ad gloriam, dubium eſt in ſuo robore, quomodo topica, vt eſt incluſiua ælenchi faciat ad

Reſponſio tertia.

Replica.

ſcientiam ſpeculatiuam, hoc eſt falſum, quia alenchus non eſt ante, neq; poſt applicabilis in ſcientia. Poteſt dici conferre ſcientiæ ad euitandum, ſi volumus dicere in hoc loco fuiſſe comprahenſum, non vt in prologo, & ſic dicimus ad euitandum, nam in demonſtratiua ſcientia fit ſophyſticatio vt iſta habet vti mendatio in re demōſtratiua, vt habet cōuincere contrariū ex proprijs dictis: ecce ille alenchus apparens demōſtratiuus hēt conuincere contrarium, non ex rebus vniuerſalibus, vt litigioſus, id eſt Topicus, ſed ex rebus falſigraphis proprijs in arte, Topicus autem alenchus eſt iam ſyllogiſmus litigioſus apparens topicus tamen hic ſyllogiſmus habet conuincere ſuum contrarium ex quolibet: datur ergo vſus fallaciæ in duobus, vel apparens demonſtratiuus, vel Topicus, hoc eſt ipſius Aue. 1. Alenchorum cap. 11. hoc ſtante dicimus quòd alenchus ſyllogiſmus non eſt ſpecies syllogiſmi, ſed eſt res apparens, aut Topica, aut demonſtratiua, cum ergo ars Elencha non ſit noua species, vtiq; dimiſit ipſam non adiuuantem ad ſcientiam ſpeculatiuam, ſed quomodo iuuet ſcilicet, inquantum non impedit nos, ſcilicet inquantum ab ipſa cauemus: & ſic dum loquutus eſt de iuuamine, loquutus eſt de inſtrumentis, quæ faciunt ad ſcientiam & ſic dicitur alencham artem ſeruire demonſtratiuæ, in quantum cauemus à deceptione, non eſt vtilis autem in quantum de ſe faciat ſcientiam primo modo, hic Auer. dicit conferre, & ſic negauit, in cap. de ordinibus, per quos ſyllogiſmi cathegorici fiunt: ſed occurrit peius,

Solutio.

remoto poetico . rethorico , & ælencho , remanet topi-
cus ſyllogiſmus , verum eſt quidam Epiſcopus Caſer *Prima ratio*
tinus nomine Antonius Mirandulanus , hic vir in *Anto. Mirā.*
ſuo commentariolo libro 7. habet dicere topicam artem *probans librū*
non eſſe veram logicam , vnde in ipſa diſciplina libri *top. nō ēe log.*
poſt terminatur ſcientia logica , hanc opinionem ipſe
diſputando in 7. apologia probat, & aſſumit hanc opi
nionem & ſuas rationes ſurripuit Pauiſius. Sciendum
eſt de mente Auer. & Ari. quòd finis logices non eſt
aliter , niſi inueſtigatio regularum, per quas valemus
facere inſtrumenta , vnde totius logices agregatum, nō
eſt niſi circa conditiones, modo illa facultas, à qua de-
negatur finis logices , non eſt logica , ſed ab ipſa facul-
tate Topica, denegatur finis logices , ergo Topica non
eſt facultas logices: minor probatur finis logici eſt tra-
dere regulas finis autem Topici , non , eſt trade
re regulas, ſed eſt inuenire medium , quo poſsimus
vti ad omne problema , ideſt eſt dare viam ex comuni
bus ideſt tradere quaſdam propoſitiones vulgares. me-
diantibus quibus poſsimus arguere ad omne problema, *Secundo rō.*
ergo ars topica non eſt pars logices . Secundo primo
poſt. 85. & 1. ælenc. cap. 1. dicit Ari. quòd ælenchus ,
& Topicus, ſunt quidam artifices carentes genere ter
minato, cum ergo ſcientia topica ſit carens ſubiecto ter
minato modo quis eſt fatuus dicens , quòd ſcientia logi
ca caret ſubiecto terminato , quomodo ergo dicimus li-
brum Top. eſſe partem inter partes proprias logices ,
cum careat ſubiecto terminato , ſcilicet vniuerſali , &

& particulari, ſequitur ergo, quod non ſit pars logices. Tertio argumentatur idem modernus, ex ad-
Tertio. iuuamine libri top. dicit duo inter alia præſtat ſciens in topica, ſcilicet iuuat ad exercitia, modo logica quæ habet tradere regulas, non prebet vtilitatem ad exercitia, modo hic ſcilicet topicus præbet quædam præcepta, ex quibus ſemper valimus arguere ad exercitium, modo valere ad exercitium, non eſt logicum, ſed topicus habet iuuare exercitiū, ergo liber top. non eſt pars logices. Item dicit ibi Ariſtotiles, & ſcientia
Ratio quarta. Topica eſt vtilis ad omnem artem, dicit modo, inter artes numeratur logica, ergo eſt vtilis ad logi. ſi ergo per te eſſet pars logices non eſſet vtilis, ſed neceſſaria, qa pars eius, & ſit cum non ſit neceſſaria, ſed ſolum vtilis, vtiq; non eſt pars logices. Præterea Auer-
Ratio quinta, rois primo rethorico. dicit vſus ſyllogiſmi rethorici, & dialectici eſt applicabilis, ad omne ens, vt locus maioris, & minoris, vt ſi de quo minus, ergo & de quo magis, vt de ſorte dicitur riſibile, ergo magis, & de homine, & dicit, & ad artes ſpetie differentes ab ipſa Topica, ſed inter artes differentes, eſt ipſa logica ergo poſſumus vti Topica in ſcientia logica, ſi Topica differt ſpetie à logica ergo non eſt pars logices. Præ-
Ratio ſexta. terea ſi topica eſſet logica, ergo in libro poſteriorum deberent tradi, non ſolum regulæ, ſed præmiſſæ demōſtratiuæ, ex quibus valeremus arguere in omni problemate demōſtra. mō ſicut in topica habeo præmiſſas,
Ratio ſeptima et regu. ſic et in alia parte logicæ. Io dicit ſequærtinr omnem

nem ſcientiā eſſe partem log: per te conceditur in topica dari præmiſſas top. & eſſe logicū lib. ergo oēs ſciæ demōſtratiuæ eſſent pars logi. ergo oportet dicere partem topicā, quæ habet ſuadere præmiſſas nō eſſe partem logices. Vltra hoc eſt opinio confirmata ex teſtimonio Alexandri, qui pri. Topico. dicit, & hæc ſcientia Topica aditum dans ad omnem artem & eſt vtilis ad omnem diſciplinam, & per diſciplinam debemus intelligere logicam, ergo eſt altera à logi. In confirmationem eſt Auē. & ſi poſt dicit Topica ars habet iuuare ad omnem artem. ſed logica ipſa habet quædam principia probata à topico. vnde ſcientia topica eſt alia à ſcientia de qua probat principia. ſed logica habet principia probabilia, per artem top. ergo topica eſt alia à logica. Vltra dicit iſte vir, ſequæretur etiam; quòd ſi principia logica probantur à topica, & topica eſſet logica, ſequæretur, quòd prīcipia logicalia probarentur à logica. Præterea & pulcrum eſt argumentum de iuuamine artis Topicæ, dicit Ariſt. ibi quòd ars topica eſt vtilis ad Phyloſophyam, ad ſcientiam moralem, & rationalem, ideſt ad logicam, modo ſicut Topica eſt vtilis ad Phyloſophyam, & non eſt Phyloſophya, & eſt vtilis ad moralem, & non eſt moralis, ſic vtilis ad Logicam, ergo non eſt Logica: ſi dico Topicam eſſe Logicam dico eſſe neceſſariam, non autem vtilem, tandem hic vir habet inuocare Ariſto. qui voluit ſcientiam topicam eſſe artem ſeparatam à logica, & ſic fuit origo iſte vir, quòd ſpecies ſyllogiſmi topici non

Octaua rō de mente Alexandri.

Nona rō & Propria ōfirmatio p Au.

Decima rō.

Vndecima rō

fu.

Qualis ſit opinio iſtorum. ſit ſuppoſita ſub syllogiſmo: volunt ergo iſti, quòd dialectica habet duplicem partem, scilicet habet dare regulas logicales: alia eſt pars inquantum tradit loca definitionis, & eſt quadam pars diuerſa à logica; & eſt topica, dicit ergo dialecticam eſſe diuerſam à logica quòd habet vti regulis Topicis, ideſt logicis per accidens, dicit Ar. dictum eſt de his ſicut figuraliter ideſt ad vſum, inquantum volumus inuenire methodum cõmunem ad omnem artem, & dicebat dialecticam eſſe agregatam ex modo ſyllogizandi, & præmiſsis probabilibus, erat dicta alia logica pars vt 8. libri eſt dicta de locis, modo logica non habet præbere præmiſſas, ſed conditiones, hic dantur præmiſſæ, ergo hic liber non eſt logicus.

Vera poſitio. Antequam ad ſolutionem rationum iſtius, veniamus, dicemus probando artem topicam eſſe logicam & arguamus ex vna maiori aſſumpta ab ipſo, finis logices eſt tradere regulas, modo ille liber eſt logicus qui tradit regulas, vt regulæ ſunt; ſed finis topices eſt tradere regulas & normas, ergo liber topicorum eſt logicus, quòd finis topi. ſit tradere regulas, probatur: dicit Auer. finis topici eſt tradere normas ideſt, regulas inquantum regulas, Sed dicet ille cõcedo in libro Topi. dari portionem de regulis, ſed dico dari aliam portionem vniuerſalem, & illam non eſſe logicam, contra quia omnia habent reduci ad logicam tradentem regulam iſtorum, Pro veritate iſtius põſitionis, eſt opinio Alpharabij, quòd loca tradita in libro Rethoricorũ, Poeticorũ, et Topicorũ ſint: quid per lo

Prima ratio probans librũ top. ẽe logicũ.

ca

ca Ar. intelligat. Reſpondet Alpha. quòd per loca intelligimus præmiſſas ex quibus valemus ad omne problema acquirere, vult ergo iſte quòd loca tradita in libro topico. non ſint regulæ, ſed præmiſſæ, quæ ſunt ſyllogizatiuæ cuiuſcunq; problematis, hæc opinio tenetur ab hoc moderno, ſi in libro topicorum dantur regulæ, & præmiſſæ, & eſt logicus, ergo in logica dantur præmiſſæ, hoc reprobans Auer. 1. top. 4. in quæſito de locis Topicis, dicit quòd hæc poſitio errat in duobus: primo quia dicit, quòd in libro top. dantur præmiſſæ, ſeu datur modus ſyllogizandi. Secundus error eſt, quòd Alpha. voluit locũ eſſe ſyllogiſmũ factũ, ex maiori, et minori Opinio Auer. ẽ, quòd impoſsibile ẽ tradere reſolutionem mediorum topicorum quãdo habet arguere ex omni medio, Topicus habet tradere loca, quæ loca, ſunt regulæ prioriſticæ tractatæ in quantum habent propinquiori modo tradere illationẽ, dicit Au. in eodem quæſito, quomodo in libro topicorum dantur loca, ideſt præmiſſæ vniuerſales quæ ſunt poteſtate ſyllogizabiles v. g. à quo negatur ſuperius, negatur, & inferius, regula hæc eſt vniuerſalis, & Topica, ſed traditur à logico vt eſt regula, ideſt tradimus regulã ideſt reſolutionẽ m igis actuati: Sed dicit ille hoc met, eſt in libro priorum, dicit Auer. in quantum hîc inſinuat particulare. Dicit ille, à pari in libro Topicorũ dantur regulæ vniuerſales inquantum continent particulare, à pari in libro priorũ, Dicimus quòd illa vniuerſalis eſt remota: in hac arte topica dantur præmiſſæ

Opinio modernorũ ortũ ducit ex dictis Alpharа.

Reprobatio p Auer.

miſſæ vniuerſales magis propriè, id eſt, propinquè potentia inſinuātes particulare, ſic locus ē regula prioriſtica, id eſt ille maiores prioriſticæ quæ fuerunt datæ in ſumma in hac arte dantur illæmet vt ſunt inſinuantes addit Auer. & hac de cauſa locus qui habet tractari in libro priorum, vt eſt regula, & traduntur loca vt ſunt regulæ vniuerſales, ex quibus habemus poteſtatem ſyllogizandi ſupra omnia particularia, & ſic Auer. habet negare tradi præmiſſas, ſed traduntur regulæ aſſumendi præmiſſas.

Secundū ſuppoſitum.

Secundum aſſumendum in logica traduntur tria, ſcilicet, loca regulæ, & ſubiectiones, & omnes ſunt normæ, id eſt canones, id eſt traduntur pro vſu in ſcientiis, quæ differentia eſt inter regulam, & ſubiectionem, dicit ille, regula eſt illa, quæ regulat nos in ſcientiis vt ſyllogiſmum debere conſtare ex præmiſſis, & hac regula non probamus ſyllogiſmum eſſe: datur alia res logica quæ eſt ſubiectio; quare ſubiectio, dicit Auer. quid eſt definitio eſt oratio explicans quod quid eſt eſſe rei, dicere modo definitionem hominis eſſe definitionem hoc habet ſumi à logico, hoc habet Aue. 27. 2. poſt. & datur etiam locus vt eſt norma vniuerſalis poteſtate continētiua particularis.

Tertium ſuppoſitum.

Tertiò ſciendum, quòd logica ipſa eſt tota organica, id eſt, eſt ad vſum ſcientiarum, & præcipue ſpeculatiuarum.

Quartum ſuppoſitum,

Quarto ſciendum quòd non implicat nos in docendo demonſtrationem vti demonſtratione, id eſt in docendo regulas demonſtrandi poſſumus vti demonſtratione, id eſt dum doces artem demonſtrandi ſtat multum bene quòd doc

at doctrinam demonſtrandi per demonſtrationem, ergo non valet, quòd non ſit logica, quia illa eſt vniuerſalis: iſta vero particularis. Clarius à fortiori, non ne ars top. eſt regula logica, non ne vtimur regula logica in logica, tamen differenti modo probata, vnde ſtat multum bene logicam probari per logicam, vel per idem, genere. vel ſpetie, vt demonſtrare demonſtrationem ſimpliciter, per ſimpliciter tamen diuerſo numero: vel idem genere, vt probare artem demonſtratiuam per topicam, ſcimus quòd ſyllogiſmus eſt logicus, & ſit in logica, ergò ſtat multum bene regulam logicam ſibi ſeruire, ſed vtrum ſit poßibile inſtrumentum logicum demonſtrare ſemet numero, ideſt poſſum demonſtrare demonſtrationem ſimpliciter per ſimpliciter, ideſt particularem, per particularem, non ne in logica docemur omnem demonſtrationem, ergo ſub illa omni eſt entiam aſſumpta particularis, & ſic non implicat demonſtrationem particularem demonſtrare vniuerſalem per ſe & inquantum eſt contentiuum vniuerſale notificat particulare per accidens, hoc modo in logica dantur regulæ ſcilicet definitionis, eſt definitio vniuerſalis, & eadem definitio vniuerſalis, eſt continens particularem definitionem, ideſt regulat ſe per accidens ſi ergo demonſtratio particularis eſt notificatiua demonſtrationis in genere, eſt entia notificatiua ſui per accidens. Hæc reſponſio eſt Alexandri primo topicorũ quarto, hoc met dicebat Franciſcus Storella dum reſpondebat in fine quæſiti ſi logica eſt ſcientia: ſtat mul *Frãciſcus Storella Alexanenſis.*

tum bene demonſtrationem particularem demonſtrare vniuerſalem, & ſemet per accidens, ideſt vt eſt con-
Quintũ ſup. tenta ſub vniuerſali. Quinto ſciendum eſt quòd ſtat bene nos in logica vti, & aſſumere multa inſtrumenta, pro acquiſitione multorum inſtrumentorum; vt ſtat multum bene regulas Topicas vti regulis demonſtratiuis, & è contra, hæ regulæ, quando vtimur illis ignoramus illas, nõ vere aſſumũtur & sũt notæ, et ignotæ, sũt notæ apud prouectos, sũt vero ignotæ, apud incipientes artẽ, & ſic ſtat multum bene vti demonſtratione per ſe, tunc apud tirones, illa demonſtratio ſumitur, pro ſyllogiſmo comuniter tamen hæc doctrina non eſt ſcita topice, niſi illam ſciamus poſſidere regulam topicam,
Ad primum & demonſtratiuã ſimili. Ad primum ergo dicitur ꝙ finis logices, eſt in topica facultate quoniam traduntur loca, vt normæ, & regulæ, id quòd ſapit de modo conciderandi logico ex Auer. cap. de locis topicis Epit lo-
Ad ſecundũ. gi. Pro reſponſo ad ſecundum, notandum aliquam ſcientiam carere ſubiecto terminato intelligitur duobus modis, aut quòd careat ſubiecto applicationis, aut ꝙ aliqua ars careat ſubiĉto, circa quod Dicimus nos librũ priorum & poſteriorũ habere ſubiectum terminatum applicationis, ſcilicet res per ſe. topica habet ſubiectum applicationis immenſum quòd eſt omne ens, ſubiectum autem terminationis, ſemper eſt terminatum, immo cum dico ſcientiam: dico ſubiectum, loquendo de ſubiecto terminationis, ideſt tractationis, modo topica habet ſubiectum interminatum applicationis, non au-

tem

tem tractationis, quia eſſe ſcientiæ pendet à ſubiecto: vt capite de diuiſione diximus. Sed *Replica ad 2.*
adhuc eſt difficultas, quomodo Topicus circa omne ens, cum dicat Auerroes in ij primi Aelenchorum, quòd ars Topica caret ſubiecto vniuerſali terminato ſicut methaphyſica, & caret ſubiecto particulari, vt ſcientia demonſtratiua, quaſi duo innuat, vnum quòd topicus nullum habet ſubiectum, quia nec vniuerſale, nec particulare. Secundum vltra talem ſeparationem, dicit: quòd caret ſubiecto particulari, vt demonſtratiua, videtur ſeparare methaphyſi. à ſcientijs demonſtratiuis. Dicimus quòd Topica ars atque Aelencha & methaphyſi. habent conuenire in ſubiecto ſuo, ſcilicet applicationis, tamen differunt quoniam per diuerſum modum conſiderandi: Dicit enim Auerroes hanc rem pulchre in Epitho. logica. in quæſito de qualitate faciendi demonſtrationes, & definitiones, in artibus, dicit prima Philoſophia, ars Topica, & ſophyſtica, differunt ſecundum modum conſiderandi, & vt diximus, & per principia, & per finem, & per qualitatem ſcientiæ, tamen differunt modo, vt ibi, & dicit differre topicum, à metha. quoniam methaphyſi. per principia verè propter acquiſitionem perfectionis humanæ. Topicus autem eſt de ente, vt eſt vulgatum per principia

Rō. replicæ.

Z ij vulgata

vulgata, & finis eſt opinio, ergo colligitur, quod licet idem ſubiectum vniuerſale ab vtriſq;, tamen non ſic à topico, & à metha. & quoniam eſt dare aliã ſcientiam particularem demonſtratiuam vltra metha. vt ibidem Aue. ideo dicit idem Aue. 11. primi Aelenchorum, quòd non habet ſubiectum proprium, & particulare, vt demonſtratiua ars, ſcilicet particularis non de omni demonſtratiua in genere, & ſic tolluntur omnia abſurda, caret ergo ſubiecto vniuerſali contento, modo quo de illo metha. & caret ſubiecto particulari, vt demonſtratiua ars particularis, non negando artem topicam circa omne ens indifferenter. Sed dices ſi finis topici eſt opinio vulgata, eſt ne vera ſemper talis opinio.

Dubium.

Reſpõſio Au. *Reſpondet Auer. in 17. com. primi poſt. quòd eſt vera in maiori parte & eius contrarium verificatur in minori parte, ibidem Auer. ſed dices contra, dicit enim in 47. primi poſt. quòd res topicæ non ſunt in maiori parte veræ, dicimus quòd aliud eſt dicere, quod opinabilium maior pars non eſt vera, quæ verba ſcilicet maior pars cadunt ſupra opinabile, quia ſunt quædam vera per ſe, vt definitiones priores, quæ ſemper veræ, & aliud eſt dicere quòd opinio topica vera in maiori parte, vel dicẽdum nõ ẽe verã ſimpliciter et preſſius.*

Ad tertium. *Ad tertium dicimus quòd logica eſt iuuans artes, & ſcientias, & cum hoc habet partem, per quam valemus ad exercitium, ideſt habet partem, in qua docemur regulas, quibus, aut deſtruendo aut conſtruendo vti poſſimus, ideſt gratia diſputationis. Immo hæc pars*

pars eſt neceſſaria, & quaſi per hoc dicimur communiter logici. Per quartum, & quintum ſuppoſitum patet: dices ſi Topica eſſet incluſa in logica non vtilis ſed neceſſaria, nota quòd ſecundum ipsum qui dicit logicam non eſſe ſcientiam; poſſet dici quòd negatur conſequentia, quia ergo in logica docemur regulas logicas, & per conſequens topicas, etiam per ſermones logicos, & ſic topica confert ſibimet, & non neceſſario, quia confert vt quo, & non vt quod, hoc modo, ſimiliter demonſtratiua ars parti logices demonſtratiuæ. Secundo poſſemus Reſpondere ex 24. primi poſt. quòd ſi principia poſita in negotio logico indigent probatione per conſequens in libro topicorum, vtiq; ad metha. vel ad topicum eſſet confugiendum. Ad quintum dicimus, vt ad quartum licet poſſet inſtari, quòd phyloſophus ad ſcientias ſpetie differentes propter ſcientias morales, & naturales &c. non propter logicam, Ad ſextum, & ſeptimum ex primo ſuppoſito, tenemus enim tractari de locis, vt normæ ſunt, vt belle Auer. in Alpha. locis dictis inuehitur. Ad octauum, & nonum dicendum, dum ad quartum fuit reſponſum. Ad decimum dicitur ex quarto ſuppoſito, quòd non refert logicalia per logicalia enucleari, tamen diuerſa vice aut genere, aut ſpetie, aut numero. Ad vndecimum dicimus non valere ſimilitudinem, nam ſtat bene aliquod à ſimili adiuuare diuerſum à ſe genere, & idem genere, & tamen non valet, quòd ſimiliter, ſicut negatur ab vno negatur ab alio, nam

Ad quartũ Primo.

Secũda reſp.

Ad quintũ.

Ad ſextũ, & ſeptimum.

Ad octauũ, & nonum.

Ad vndecimum primo.

nam ſcientia de anima, ex Ariſtoti primo de anima ſecundo, eſt vtilis ad naturalem, & tamen non valet, ergo non naturalis, ſimiliter logica facultate poſſumus vti in logico negotio, & tamen non ſunt diuerſi generis ſcientiæ. Secundo. *Secundo poteſt dici, quòd admittimus quòd logica, vt quo, non eſt logica vt quod, ſimiliter, & topica ars vt, quo, non eſt pars logices, vt quod, quia diuerſum eſt vti illo pro inſtrum. & diuerſum eſt illud docere quomodo, & qualiter fiat, & ſic valeant moderni: remanent ergo quinque partes logices:* Dubitatio. *Dices hæ quinq; partes ſunt diſcurſiuæ ergo ad logicū non de definitione; & probo nil eſt totum præter partium eſſe, ſed inter partes non eſt definitio, ergo nec ſub toto, quia illud nō eſt in toto, quòd eſt ſub illo:* Solutio. *Dicitur definitiuam partem, quia erat parua, & habens magnam affinitatem cum demonſtratione in ſuis conditionibus, ideo ſub parte demonſtratiua fuit incluſa, vt Auer. placuit qui ſub analytico negotio, voluit etiam definitiuam partem includi. Et ſic expoſitio ſuper Prologo Auer. ſuper lib. poſt. cū auxilio Altiſsimi terminatur.*

Clauditе iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Imprimatur. P. Anto. Vicedo. Vic. Gen. Neap.

Io. Franciſcus Lombardus.

N E A P O L I,

Apud Ioſephum Cacchium Aquilanum.

M D L X X I I I I.

GIU 1969

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA